

01

A

6639

1. De Differentiis Iuris Romanie etiam  
in Senat. Com. pect. Selenjan Excl.  
2. Status publicus Nobilis. in cap. Jur. pect. Defensio  
et Defendens. Propter Gundings.  
3. An Nobilitate ornat. Propter Gundings.  
4. De feudis heretile. ab eo te  
5. Sociis Hispaniarum hosti. Praefit. Ludeniz.  
6. Differentiis Iuris feudalis Campanie atq. Pomer.  
7. A. Iuris communis et Iusfaticie <sup>in legibus</sup>. Ludeniz  
8. ib. Iuris Romani et Germanici in re militari p. Portim  
Capitorum. Praef. Ludeniz  
9. De fuse Probatum. haereditatio. Ludeniz  
10. Transmigratione Bohemum in Regnum Imperii. Hmischa  
11. Iure suffragii Regis Bohemicæ. Praef. Ludeniz  
12. Protagione. Invegitura. Ludeniz  
13. Iure retractandi transactionem. idem  
14. Differentiis Iuris feudalis communis atq. Iusfatici  
15. Prebatus Testa. iugatus liberatus. Praef. Gund  
16. Despatratum. dispare Nexus. cum S. Impio. Ludeniz  
17. Differentiis Iuris communis et Saxonie in simultanea  
investitura. Ludeniz  
18. Formula. Branderbarne. Ludeniz. Laibitz  
o. L 18

Q. D. B. V.

18

# FORMVLAM BRANDEBVRGICI DVCATVS,

RECTORE MAGNIFICENTISSIMO,  
SERENISSIMO REGIAE DOMVS PRINCIPE  
AC DOMINO,

**DN. PHILIPPO WILHELMO,**  
PORVSSIAE PRINCIPE, CETERA,  
REGIS SVPREMO CASTRORVM PRAEFECTO  
ET DVCATVS HVIVS VICARIO,

DIRIGENTE INSTITVTVM  
ACADEMIAE h.t. PRORECTORIE,

**IOHANNE PETRO Eudewig/**  
CONSIL. ATQVE HISTORIOPHOTO REGIO, IVRIVM  
AC HISTOR. PROF. P. ORDIN. ET DVCATVS MAGDEBVR-  
GICI ARCHIVARIO,

RESPONDEBIT DISSERETQVE  
IN PVBLICVM

**PHILIPPVS COMES DE ARCO,**

---

HALAE VENEDORVM,

D. XX. MENSIS MART. CIO IO CCVI.

---

Prostat apud CHRISTIANVM HENCKELIVM,  
Academ. Typographum.

SERENISSIMO POTENTISSIMO.  
QUE PRINCIPI AC DOMINO,  
DOMINO  
**FRIDERICO,**  
REGI PORVSSIAE,  
**MARCHIONI BRAN-**  
**DENBVRGICO, S. R. IMPERII AR-**  
**CHICAMERARIO ET ELECTORI, SVPREMO**  
**PRINCIPI ARAVSIONensi, DVCI MAGDEBVRGI, CLI-**  
**VIAE, IVLIACI, MONTIVM, STETINI, POMERANIAE,**  
**CASSVBIORVM, VINIDORVM, ET IN SILESIA CROSNAE,**  
**BVRGGRAVIO NORIBERGENSI, PRINCIPI HALBERSTADII,**  
**MINDAE ET CAMINI, COMITI HOHENZOLLERIAE, RV-**  
**PINI, MARCAE, RAVENSPERGAE, HOHENSTEINI, LINGAE, MEVRSAE,**  
**BVRAE ET LEERDAMI, MARCHIONI VEHRAE ET VLissingae, DYNASTAE**  
**RAVENSTEINI, LAVENBVRG, BVTOV, ARLAY ET BREDAE,**  
**CETERA**

*REGI ET DOMINO SVO, MVLTVM  
CLEMENTISSIMO,*

*dicat*

*humillimus cliens*

**PHILIPPVS COMES DE ARCO.**

SERENISSIME ATQVE POTEN-  
TISSIME REX,  
DOMINE CLEMENTISSIME,



Nter innumeros diuersi orbis  
ac ordinis scriptores, qui lit-  
terariis monumentis MAIE-  
STATEM TVAM uenerantur  
atque ad thronum TVVM, ceu  
ad lacrum Mineruae puluinar, foetus ingenii  
deponunt, nullum ullo unquam tempore  
fuisse, sentio, quem pares mecum causae ad  
hunc cultum potuerint excitauisse. Trahit  
alios uirtus, alios fortuna TVA & rerum ma-  
gnitudo, quibus de salute mortalium; de  
con-

concusſi orbis requie; de populoſum TVI  
regni inco lu mitate dignitateque optime  
mereris atque gloriā maiorum TVORVM  
non refers; ſed, dum per tot gradus ſuperas,  
longiſſimo poſt TE inter uallo relinquis. Solis  
acceſſu ſidera palleſcunt. Splendor & digni-  
tas TVAE gentis, quantus etiam in orbe iſ-  
fuit, TVO, REX, lumine conſumitur. Domum  
intraſti, principum imaginibus & uetus ta-  
te maximam: ſed, quae, TE conditore, AVGV-  
STA efficitur, TIBI auſpicia debet, ut iam  
nunc ex TE nata eſſe, uideatur. Obſtupesceſt  
uentura aetas, fateor, TIBI, pace omnium  
gentium, contigiffe, ut in regnum uerteres  
auitum principatum, qua tamen ſpe tot or-  
biſ principes alii fruſtrati ſunt, ut ab hoc  
conatu uel defiſterent mature, uel, non  
ſine dedecore quodam, perdiſta opera ex-  
ciderent. Uerum enim uero qui ſapien-  
tiam; induſtriam; muſiſcentiam; ani-  
mi magnitudinem & conſtantiam; iuriſ &  
æqui cultum; &, quæ fortunam comitem  
habet, pietatem TVAM, ceterarum uirtutum  
opti-

optimum condimentum, aequo secum pre-  
tio aestimauerit, is illico & mirari desinet,  
& tumulum olim TVVM regali honore dignis-  
simum uenerabitur. Regem fieri, parum es-  
se, olim existimarunt sapientes: sed regnum  
uirtute, idque iudicio omnium mortalium,  
mereri; id inter decora reposuerunt, nun-  
quam intermoritura. Quae omnia cum in  
oculis habeat uniuersus prope orbis, qui  
principia successusque admirandos regni  
TVI suspicit, resque, TE imperante, gestas in  
maximo pretio ponit; facile ad intelligen-  
dum est, quod integrae hominum litterato-  
rum cateruae non ex TVIS solum prouinciis,  
sed peregrinis Angliae, Galliae & Belgii gen-  
tibus ad palatum TVVM conuolent, quod o-  
pellis suis TIBI sacra faciant, & ex TVO iterum  
lumine sibi concilient dignitatem. Inter di-  
uina prouidentis Numinis beneficia habeo  
atque aeternum habebo, quod ex illo tem-  
pore, quo ex ephebis excessi, in satellitio TVO  
uiuere contigerit, ut, quoties officii ergo ad-  
parerem, magni REGIS imaginem intuerer.

( 3

In

spexeris; fidentiori nunc manu argumentum offero, in rebus omnino seriis ac graui-  
bus occupatum. Ex quo enim, TVA indulgentia, factum est, ut ab aula ad musas &  
hoc bonae mentis sacrarium facerem feces-  
sum; id mihi unice agendum esse, credidi, ne  
tempus in illis ponerem, quæ ab utilioribus  
animum diuerterent: sed ita hoc colloca-  
rem, ut, inter litterarum studia, publici pri-  
uatique iuris doctrinas aliis anteferrem &,  
quæ uota mea sunt, T V O, AL M E N U T R I T O R,  
beneficio me olim dignum redderem, ad ge-  
neraque negotiorum regni TVI animum ad-  
fuescerem paulo & praepararem. In his ra-  
tionibus dum curas meas prorsus defigo, &  
Germanici imperii disciplinam accipio, pree-  
posta ac peruersa interpretum dogmata  
de MARCHIAE TVAE formulis ac uetustæ  
*Vendenlandiae* iuribus occurrunt, & fateor,  
stomachum, rectiora edocto, admodum mo-  
uent: quæ ea propter mereri credebam, ut  
singulari instituto corrigerentur atque sua  
marchiae dignitas constaret & ueritas pa-  
te-

In TVIS si qui animos alienos habeant a uirtute; ex quo tamen in conspectu TVO esse incipiunt, mores ad uirtutem adsuescunt, si non alia, certe hac causa, ut se suaque probent principi uirtuoso. Non est, qui a litteris abhorreat in aula TVA, aut quem pudeat, in atriis TVIS librum manibus uoluere: cum TVI quotidie uideant, quae pretia statuas litteratis. Et quid aliorum exempla intueor? quantum AVGUSTISSIME PRINCEPS! bonitatis, munificentiae, & gratiae istius singularis argumentum uerum me extare uoluisti, quod habere soleas praemissio litterarum. Adscripsisti me, fateor, ad seclis TVIS, numero nobilium adolescentum, qui ad mensam & cubiculum TVVM adparent. Sed tantum abest, ut nitor aulae taedium mihi adferre potuerit ab umbris scholarum; ut potius TVO iussu hortatuque in hoc etiam puluere certamina instituerim, conflitus egerim, & posuerim trophyea, TVO nomini dicata. Atque hos lusus cum, in gratiam litterarum, nullo unquam tempore de- spe-

teret orbi litterato. Evidem nullus dubito, scrinia litterarum prouinciae TVAE alia plura documenta complecti, unde, quod disputatum hic est, adhuc firmius reddi queat, nouisque rationibus corroborari: sed, quamuis extra hunc adparatum ex scho-  
la argumentum unice prodierit; satis ta-  
men facere puto & haec rerum momenta,  
priuato tantum, non tamen leui studio, con-  
quisita. HABES, REX AVGVSTE, consecra-  
ti operis causas, mihi non cum aliis com-  
munes; sed eo magis singulares, quo cer-  
tior sum, collata in dissertatorem beneficia  
& uota pro salute TVA concepta, aliis cun-  
Etis maiora & frequentiora esse, & ipsum lu-  
cubrationis argumentum nomen piae se-  
ferre TVAE quondam primariae prouin-  
ciae. Deum rogo, ut, quae uota sunt omni-  
um populorum, REGI longinquam uitam lar-  
giatur & superaddat REGNO aeternitatem.

*Halae Venedorum, d. XX. mensis  
Mart. CIC 10CC VI.*



Q. D. B. V.



Endent animi doctores  
& ancipi fere cogita-  
tione distrahuntur, quo-  
ties MARCHIAE nostrae  
rationes ineunt atque  
nomen eius titulumque cum re ipsa  
conferunt, id est, tenuem atque exi-  
guam uerbi adpellationem cum re-  
conditi amplissimique iuris significa-  
tu. Id scilicet iuris prudentiae publi-  
cae instituta & praeceptiones con-  
fundit perturbatque ; MARCHIAM,  
aut, quod illi uolunt, MARKGRAVIA-  
TVM audire, qui S. R. I. ARCHI-

Ratio insi-  
tuti pluribus  
momentis  
pradita.

A PRIN-

PRINCIPEM alat atque supremum orbis Romani, qui hodie post Caesarem est, honoris fastigium teneat, dignitatemque & olim tulerit & nunc ferat iusti ac praepotentis in Germania DVCATVS. Inde fit, ut alii, quid demum in imperio MARCHIONATVS, quid DVCATVS sit, prorsus ignorent; alii male congrua ratione utrumque definiant; nonnulli parum erudita ingenuitate dicant palam, ipsos sibi Germanos cum hic, tum in aliis pluribus publici iuris argumentis nullo tempore constitisse. Is porro error, uel ignoratio cunctos eo in transuersum agit atque ad, nescio quam, inuidiam, animos eorum inducit, ut moerere incipient MARCHIAE IVRIBVS & tantum non aegre ferre, hanc, post cetera, in numero reperiri ARCHIPRINCIPATVVM S.R.I.

per-

perinde ac si praeter ius & fas, grandioris uerbi ordinibus posthabitis, id euenisset. Memini nugatoris alicuius, qui SEPTEMVIRATVM s. r. i. a Carolo demum quarto, Caesare MARCIAE delatum, credidit, factumque hoc esse non prouinciae merito; sed in gratiam filii Sigismundi. Ope  
rae igitur pretium fore, existimau, singulari instituto tenebras cum has, tum alias plures in hac causa discuti, errores retundi ac reuelli, eximi dubitationum scopulus, quos plerique offendunt, & totum argumentum de FORMVLA MARCHIAE idoneis rationibus ad lucem veritatis proferri. Ut demum liberetur aliorum liuore prouincia intelligaturque, congruas eam Germanici imperii rationes sequi, quae cohaereant cum publici iuris doctrina atque contra maleu-

A 2 los

los rerumque ignaros obtrectatores  
firmiter persistant. Deus adsit institu-  
tuto.

DVCIS ac  
MARCHI-  
ONIS uer-  
borum ex-  
pensa uis.

apud Roma-  
nos.

§. II. Principio DVCIS & MAR-  
CHIONIS nomina nobis definienda  
sunt, cum apud doctores ingens hic  
confusio sit ac rerum uerborumque  
intolerabilis perturbatio (a). ROMANI  
multum operae consiliique in eo po-  
suerunt, ut fines imperii sui contra  
quosque uicinorum impetus contuti-  
essent. Inde prouinciarum *extre-  
mitates*, quas dixerat (b), limitibus  
(c),

inepta Mar-  
chionis de  
scriptio.

(a) Parco doctorum nominibus, cetera in erudit orbe non adeo nul-  
lis. Sed queso, quam pueril est dice-  
re: *marchio est, qui inuenitus de Marchi-  
onatu; Marchionatus terra marchioni  
subiecta*. Idem ac si querentem de  
nomine meo, eluderem responden-  
do: *est nomen patris*. Et, si idem  
de paterno instaret, circulo Philoso-  
phorum inepitrem: *paternum nomen  
meum est*. Hoc scilicet est, uerba blat-  
terare; ignorantiae syllabarum inuo-  
lucra obtendere; multa dicere & ni-  
hil sciere. At quia haec tamen plusquam

communis est sententia docto. um *Hie-  
ronim. de MONTE de Finib. reg.  
c. 3. n. 3.*

(b) *Ira Julius FRONTINVS li-  
bro de arborum qualitate p. 31. inquit:  
extremitas est, quoniam unicusque pos-  
fidendi us concessum est: ant quoniam  
quisque suum seruat.* Eosdem uerbi  
senus etiam rei agrariae scriptores se-  
quuntur *Siculus FLACCUS p. 19. &  
HYGINVS de limitibus confit p.  
192.* quos scriptores cum aliis argu-  
menti eiusdem iunctim edidit *Wile-  
mus Coesius*.

sol

## (c), fossatis (d), sepimentis (e) castellis

A 3

Limiris marginis, coroniad einer  
March der Gränze ety-  
mo logia.

(c) Limitis uerbum non finem, quod uulgo putant, sed *terminals signum* uult, seu quodcumque factum est ad obseruationem finium *Frontiniani p. 46.* Loca diuersum auctorum alia congesit *Nicolaus RIGALTVS* in glossa agimensoria h. uerbo Idem dicit *marginis* uocabulum. *AGGENVS* in limitibus agrorum p. 53. scribit: *finis documentis seruabatur, ut compri aliquibus locis inter arua marginibus quibusdam tanquam puluis.* Congruit cum *margine* uernacula, quea codem proorsus sensu march adpellat lapidem, columnam aut aliud alterius generis signum, *baran man die Gränzen mercken kan.* Imo ipsum uocabulum *die Gränze* non tam finem significare arbitror, quam *signum finis, coronam.* Unde & *coronam* originem intelligimus & linguarum omnium, quam alibi docuimus, harmoniam.

(d) In nostro argumento *limites* fine distinguuntur debent in eos, qui *memoriam moriae* tantum cana positi, ut arbor, uel *securitas* lapis statua, columna, aut generis *rem.* Hi uel *naturales*; uel *artificiales*, ut *fossatum.*

*Hi uel aliis: atque illos, qui facti sunt ad securitatem a vicino.* Atque hi iterum *naturales* sunt, ut sylva, flumen, riuis, cetera; uel *artificiales*, ut hic loci *fossatum.* Est enim ea uis huius uerbi, ut significet, quod *fodienda curatam & dectissim ac manu factum est*, interprete crudito, *Willem GOESIO* in animadversionibus ad rei agrariae scriptores. Cum itaque Romanorum industria finibus prouinciarum ubi opus esset, videbatur, *fossatum cura-*

diligerent prospexerit: non mirum est *THEODOSIANVM* codicem lib. VII. tit. 15. mandata exhibere de curandis *fossatis.*

(e) *Arcae finales* unde arcifinium, sunt grumi, arbores cetera inquit *Sepimenta, FRONTINVS I. c.* Sed non certior *einelandis* atque magis duratura ratio occurrit, *geuri Haconfinales* agros inuicem se iungendi lae & Rotenburgi internoscendi, ae ea, quae repertur apud *COLVMELLAM* lib. XI de *re rustica* cap. 3. p. 390. uetusissimi, inquit, *ancore uiam* *sepam* *struunt* *praestulerunt*, *quia non solum* *ancorem* *impensam* *desideraret*, *uerum etiam diuinior immensis temporibus* *permanerer.* Distinctius *VARR Olib. I. de re rustica* cap. 14. p. 379. nunc de *septis* *quae tutandi cauas* *sunt*, *dicamus*. *Eaurum* *catellarum* *genera* *III.* *unum* *naturale*; *alterum* *agrestes*; *tertium* *militare*; *quartum* *fabile.* De Caefarum instituto *Delta SPARTIANVS* in *uita Adriani* §. 12. p. 113. per ea, inquit, *tempora in plurimis locis, in quibus barbari non fluminibus, sed limitibus dividuntur, stipitibus magnis in modum muralis septis, funditus iacis, barbaros separavit.* Dum haec scribo in mentem uenit, *Halenos* *Suevos* & *Rosenburgenses* *Francos*, *territorioli*, *sua fossato* & *sepe clausi*, *quamvis aliquot in ambitu leuis* proferuntur. Provocat *Georgius WI*-Censura *DEMANNVS*, *Syndicus Combergen*-plomatis *Rufis* in *Chronico Halenov MSC. p. 89.* ad *di-perti* & *Ca-ploma* *Caefaris* *Ruperti*, *ea causa scri-putum*, *Habetur etiam in Caroli V. Cae-*

*faris*

# lis (f), clusuris ac fundis stipendia- riis

Bienfiance  
Gallorum.

saris libello, quo Rupertinum priuilegium sua pariter auctoritate corroborat: *cum fieri possit, ut alieni territorii tractus Halensem interfundat, quo minus seipsum continuum sit; nolle imperatorem, ne angulos eius generis Halensis possesse uendant pretiosa Schoen-ebahensis & Murbardeni abbatibus definiendo. Ne sepe fossaque (die Habs- lische Heg und Schleg alius etiam die Landwehr) alterius ullius ditionis interpositu interiectuque diuellatur. Sed an iuris nostri rationes permittant, haec talia in Caefaris arbitrio ponere, causas omnino habeo dubitandi. Cer- tainum distractere postulatis desiderium inflam causam non contineat I. II. C. de contrabenda emtione & venditio- ne Gallorum uero argumenta ex no- uo iuris titulo, quem bienfiance di- cunt, perita, ad politicam pertinent, non iurisprudentiam. Ceterum non gen iura val- poenite, inter priuilegia retulisse, sua de differunt:*

**Hagen & Jas**  
non iurisprudentiam. Ceterum non gen iura val- poenite, inter priuilegia retulisse, sua de differunt: fossato & sepe aqua cingere, quod in differt. *de reb. Halensis, cap. 3. §. 8. fecimus. Quamvis enim inter ordi- naria prouinciarum iura & olim fuit in Germania & nunc sit, fines arte claudere: hoc tamen incongrua admodum consecutione de territorialis intelligitur, in qua, Caesarum practi- gii, clero adiutorio, amplissimas pro- uincias iuisti, reperimus. Ut alia nunc taccam, recte GAILII argutius lib. II. obseru. 68. n. 6. exploxit lob. BIDE N BACHIVS Quæst. 17. n. 1. p. 105. Wer das Jagen habe, der*

**habe auch das Hagen.** Haec sane in & iura status Germania nostra adiungere, idem est, & potentatus ac singula in corpore membra disiun- in nostro im- geret, ut intereant uniuersa. Mea philosophia, alia iura ordinum sunt: alia territoriorum. Rector uniuersitatis prouinciac id ordinario iure habet: quod reliqui nonnisi priuilegio. Utinam demum ex mediis aeu facie dicieren nostri doctores, quantum inter- sit, interius status in imperio nostro & ius potentatus. Hoc illi quādiū ignorant, ignorant autem hactenus, non posunt non peruersis iuis incedere, summa imis misere, summariis dogmata in cathedris propugn *sc,* quorum pudeat in curiis ac confessibus procerum Germaniae. Sed quorū summa veritatis amore dilabor?

(f) Fecit id locum *titulo XIV. lib. Burga & mi-*  
*VII. codis Theodosiani, qui est de lites Burgarii.*  
**BVRGARIIS.** Burgos enim Romani crebra dixerunt per limitem habitacu- la, auctore ISIDORO Lib. IX. Erymo- log. cap. 2. & plura apud Iacobum GO THO FRED VMI legi, cui quid Theodosius in suo codice debeat, & critici intelligunt & iureconsulti. Non clariori autem exemplo id doce- tur, quam limitibus Romanorum in Britannia uersus Pictos & Scotos. Hos enim Caesares uallo, fossatis, burgis etiam per certa interualla dispositis, ut occasione fie uolente, signis iniicem sibi respondere ac iterum confluere possent, Burgario quoque milite contra utriusque invasiones spatio octo- ginta

# riis (g) non solum instruxere; sed etiam

ginta leucarum securos praefitissē,  
& ruderā the Gal Seuer & the Pictos-  
wal hodiēnum nos docent & con-  
cōrs veterū scriptorū consen-  
sus, quem Guilielmus CAMBDE-  
NVS in sumptuoso opere, quo Bri-  
tanniam descripsit, exhibet p. 335.  
Pertinent etiam huc clausuræ Roma-  
norū, nostris, die Pâſte 1 de qua-  
rum diligenter cuodius curaque scri-  
pit P. PITHOEVIS lib. I. Aduers.  
c. 14.

Fundistipen-  
diarii, qui  
congrui  
prorū sunt  
fendis Longo-  
neis ducib⁹ & militib⁹ donauit, ita  
bordorum. ut eorum ita essent, si heredes eorum  
militarent, nec unquam ad priuatos  
pertinerent. Dicens, attentius eos  
militaturos, si etiam suarura defen-  
derent. Addidit sane his & animalia  
& seruos, ut possint colere, quod acce-  
perant: ne per inopiam hominum uel  
per senectutem possidentium desere-  
rentur iara, uicina barbarie, quod  
turpissimum ille dicebat. Quaeſo!  
quaeclarior origo esse potest feudo-  
rum? Beneficia enim hic, quis  
non uiderit, cum onere militarium  
seruitorū. Hacce naturam feudi  
constituant; quae accidunt ei pre-  
terea, illa huic iterum instituto  
congruent Romanorū. Concors  
hunc locus apud Flanum VOP-  
SCVM in vita Probi fest. 16. p.  
667. exar. his uerbis: Veteranis  
omnia illa, quae anguste, per fauces,

posterior aetas clusuras montium di-  
xit, adeuntur loca priuata donauit,  
beneficiū iterum habes! addens,  
nunc seruitia describuntur, ut eo-  
rum filii ab anno octavo decimo, con-  
gruit hoc tempus cum maiorenna-  
te electorum ac principū plero-  
rumque in Germania, mares felici-  
cet ad militiam mitterentur, ne latro-  
cinari ante discent, quam militare.  
Ita Augustum ex alienis territoriis  
agros lumpissē & assignasse uete-  
ranis, scribit HYGINV⁹ de li-  
mitib⁹. conf. p. 202. Quid? quod  
tanta religione fundi stipendiarii mi-  
litibus seruati fuerint a Caefaribus,  
ut horum mandata extent, de agris  
limitanciis nullo tempore ab homine  
priuato ad militiamque inhabili  
praescribendis I. 3, C. de fundis limi-  
trophis & limitaneis & I. 8. C. de  
fundis patrimonialibus. Confanti-  
ni quoque PORPHYROGEN-  
NETAE Nouella extat de MILI-  
TARIBVS FUNDIS, quam  
Ioan. Mourſus inter alia huius im-  
peratoris opera p. 153. edidit, & plu-  
ribus mendis liberatam notis com-  
mentarioque illuſtravit. Habe-  
tur in ea: ne fundi militares alienen-  
tur; & si alienentur, in quemque  
tamen possessorem cum onere militaris  
seruiti transfeant; & quae sunt ge-  
neris, eiusdem congrui iterum natu-  
rae feudorum. Habet quoque  
THEODOSIANVS codex Lib.  
VII. lit. 15. deterris limitaneis, quor-  
sum plura congesit Gothofredus, huc

etiam militaribus post copiis [h] ac  
praefecto [i], quem ducem aut co-  
mi.

huc omnino facientia. Ceterum,  
dum haec scribo, non possum quin  
dolescam, doctores adeo pronos esse  
lege praescriptionis Romanorum in  
publico imperii iure: & tamen, ipso  
Romanorum iudicio, in fundis limi-  
trophis, multo magis in prouinciis  
integris praescriptionum titulos ex-  
ulaſſe.

milites limi-  
tanei.

duces & co-  
mites limita-  
nei.

[h] Inde magna inter legionarios  
& riparios seu limitaneos milites di-  
uerſitas, cunctis antiquitatum scri-  
ptoribus obſeruata. Meminit li-  
mitanorum memorabilis etiam loco  
*LIBANIVS in Baflico p. 54*  
edit. Morellianae. Pertinet hue  
imprimis *NOVELLA Theodosii*  
*tit. 29. edit. Pitheanæ* quae agit de  
ambitu & locis limitaneis inibi redi-  
hibendis,

[i] Militum, quos dixi, limita-  
neorum cura partim penes *duces*:  
partim etiam penes *comites* fuit.  
Formulam *limitanei DVCATVS*  
habes apud *Aurelium CASSIODORVM Lib. VII. ſed. 4. p. m. 235.*  
multum, inquit ille, bis creditum  
uidetur, quibus confinales (limita-  
nei) populi depantur. Numero  
aurem quot fuerint Romanis DV-  
CES limitanei, intelligere licet ex  
*NOTITIA IMPERII* & que  
huic *capite LXXVIII. addidit*  
*Pancirollus. COMITES* etiam  
limitaneis faece prouinciis dati, qui,

dum *rei militaris comites* adpellati,  
ab alterius cuiusque generis comiti-  
bus diffiniſti ſunt. Comites *rei militaris* dieo, ueluti unus *limitis Augusti*: alter *Ilauriae*, ut conſat ex  
*NOTITIA IMPERII*. Huc  
reſpicit *I. un. C. de Comitibus rei militaris*: *THEODOSIANI* quoque  
*codicis lib. VI. tit. 14. de comitibus*  
eft inscriptus *rei militaris*. Ubi  
uel ex *I. t. b. t. patet*, comitibus  
huius generis prouinciae tutelam  
contra incursions finitimorum de-  
ſtinatam fuſſe. Ceterum nomina uter alteri  
haec titulique id dubitationis ha- ordine praē-  
bent, ut neſciant auctores, *comesne* latus.  
*duei*, aut hic illi dignitate fuerit  
praelatus? Rem ego ita adſequor.  
Quaelibet in limite conſtituta pro-  
uincia opus habuerat *uno*, qui rege-  
ret eam lege: *altero*, qui armis  
defenderet. *Ille comes dictus I. un.*  
*C. de comitib. qui prouincias regunt* hic  
*dux*. Et hoc munerum ſtatū,  
ducalem honorem *comitius* exaltima-  
uerim, praefitifſe. Post vero ſae-  
pius accidit, ut imperatores eidem  
*comiti & iura committerent & arma*  
ſimul, quem ea cauſa *comitem rei mi-*  
*litaris* dictum eſſe, vidimus. Atque  
tum *duplex* dignitas *ſimplicem* om-  
nino ſuperauerat; ut adeo comi-  
tem, non qua *talem*, fed qua *is rei*  
militari praefectus fuerat, alios duces  
poſte reliquile, alios acquasile, ex

1. 3.

mitem limitaneum purior aetas,  
sequior, autem Marchionem dixit,  
uoce a Germanis haud dubie pe-  
tita (l), non margine Latinorum  
(m). Quo in limitibus adparatu cum

## B ter-

I. C. Theodofiani de comitiis rei  
militaria condiscamus. Ordinaria  
autem munerum ratione comitium  
ducale magis fuerat honorificum.  
Docet hoc epistola CASSIODO-  
RVS lib. VII. ep. 4. p. 236. *Quia non*  
*est tale, tantum momentus dicere, in*  
*quo comitis munus verfabatur,*  
*quale suspectis gentibus, confinali-  
bus populis assidere quod ducum e-  
rat. Inde ducale & ducalis, id est cum*  
*solenly ducum adparatu, legitur a-*  
pud SIDONIVM lib. V. epistola 13.  
p. 350. & lib. VIII. epist. 6. p. 595.

Marchionis  
uox in ho-  
rum loca suc-  
cescit.  
(1) Quod Latini *marginem* di-  
cunt, Germani *mark* appellant  
adparatu, signo audit nostraribus  
di *Mark* *Stadtmark* oder *Stadt-*  
*gränzen* *Markstein* oder *Gränz-*  
*stein*. Inde uox *markii marchio-*  
*nis*; seu *limitanei praefecti*. Non  
enim video, quo argumento rueri  
uelit, quod in glossario scribit uir  
magna industriae ac multae do-  
ctrinae, *Carolus du FRESNE*, et cuius  
biblio heca quam plurimi ad nos li-  
bri perueniunt, quibus pretrum  
addit, quod manu eius multa in il-

lis sint notata. Eius uerba sunt:  
*marchio, ut uidetur, marchiae inco-*  
*lae seu marchiani milites. Hac e-*  
*statio critica tot marchiones Bran-*  
*deburgicos habemus, quo sub-*  
*ditos incolas, alle Märker waren*  
*Marchiones. Facilius lulus Fran-*  
*cisci HOTTO MANNI est, qui in*  
*commentario de uerbis Feudalibus*  
p. 35. *incolas marchiae die Märkte*  
*in uernacula nominatos fuisse mar-*  
*mannos seu marcannos existi-*  
*mat. Verum conjectura haec auer-*  
*ritate desituitur idonei scriptoris,*  
apud coaeuos.

(m) Quia uox neque apud Graecos neque Latinos nata fuit. Alias, unde Graeci? fateror, eodem eos iure a *margine* marchiones nominare potuisse *limi-*  
*taneos duces, atque nostros a *mark**  
*marcbiones*. Quid? quod ipsi Graci ad linguas & literarum nostrarum indolem scribant *MARKEΣΙΟΤΕ*. *Constantinus PORPHYROGENNETA* de *administrando imperio cap.*  
26. p. 60. scribit; *καὶ μετὰ τοῦτο ἡλθον ἀπὸ Βεργονία τρεῖς μαρχηνοὶ πρὸς πατιαν*. Deinde

terrore illi perfunderent finitimas gentes; placuit *territorii* [n] uocabulo limitaneam ditionem insignire. Iuit hic mos ad Graecos etiam imperatores. Quos haec cura propius tetigit, quo magis eorum aetate uicinae gentes caecam illam erga maiestatem impe-

rii

inde e Burgundia tres marchiones uenerunt Papiam. MEVRSIUS in notis ad hunc scriptorem Nicetae & Gregorae loca addidit p. 25. Unde repertus est in Fresne. Lubet hic laudare *Wilhelnum de CATEL*, cuius iudicium tum hic, tum alibi nobis commendat. Ita autem ille en son histoire de Languedoc. Lib. II. p. m. 133. Il a esté remarqué par des plus doctes hommes de ce siècle, qu'es endroits où l'Empire Romain n'efoit point borné par la mer, montaigne ou signales riuières, ils auoient accoufliumé de faire une closture ou fermure pour empêcher les courses des barbares. Pefoit une bonne police sagement ordonnée par les Romains de mettre leurs gens de guerre sur les frontières & limites de l'empire. Les chefs, qui commandoient ces troupes sont appelles duces limitanei & auourd'huy Mar-

quis & dans les anciens actes profisti Marcae, d'autant que leur charge estoit de defendre les frontières, car marke ueut dire frontière & ius marcae parmy les interprètes du droit, & le droit de represailles, que l'on pratique principalement sur les frontières, les quelles peuvent estre foy appellees Marcae: d'autant, que dans les pierres, qui marquent les limites ou frontières estoit gravée la marque du Seigneur, dans les terres duquel elle estoit posée. Miror SABINV M & alios cum eo in re clara caecutire uoluisse.

(n) Ira fane *Siculus FLACCUS* de condition agror. p. 3. territis fagatisque solo ciuibus, territoria dixerunt. Bellis enim gestis uictores populi terras omnes, ex quibus uictos eiecerunt, uniuersaliter territorium dixerunt.

Territorium  
quid uere  
Romanis?

rii Romani reuerentiam deposuerant; ut iam nullum aduersus illas nisi in armis praesidium superesse, uideretur. Hac enim causa constitutiones de *fundis limitrophis* [o]; de *terris limitaneis* (p); de *lusoriis* [q]; & quae sunt generis

B 2

eius-

Tituli C. de  
fundis limi-  
trophis.

(o) *Lib. XI. tit. 59. & l. 8. & 13.*  
C. de *fundis patrimonialibus*. Ita  
quoque in *BASILICIS LV. tit.*  
6. legere, licet. Alii *λιμήνεος* ον  
fundum dixerunt, qui cum in limi-  
ne imperii constitutus cuflorem  
hebat ducem limitaneum, quem  
liminarebam Graeci adpellauerint  
T A B O R de metat. III. 6. Di-  
splicet haec explicatio *Andreae*  
*ALCIATO* in *annos ad lib. XI. Co-*  
*dicis tit. 59. p. 590. opp. tom. III.*  
Sed ratio, quam allegat, parum  
idonea uidetur. Cum medio aeuo  
nihil noui fuerit apud Graecos,  
Latina vocacula Graeca termina-  
tione uestire & ex utraque lingua  
verum nomen confidere. Graeco  
Barbara Philoxenis, Meurilli &  
Freschi dictioria fidem nobis fa-  
cient, hic consulenta,

*λιμήνεοι.* (p) Est codicis *THEODOSSI-*  
*ANI* libr. *VII. tit. 15.* Pacer hie  
locum ex *SVIDA* integrum, sed

tamen Latinum audire, quem scri-  
ptorem manu K V H N I I, in Grae-  
co exemplo, pasim illustratum pos-  
sumus. Est autem talis, in uocabulo *λιμήνεοις*; Romanorum  
imperatores superioribus temporibus  
ubique imperii finibus magnum nu-  
merum militum collocarunt, ad tu-  
endos Imperii Romani fines. Prae-  
sertim parte orientali, ad repremen-  
das incursiones Persarum & Sar-  
acenorum, quos a limitibus limitane-  
os vocabant (*WOLFFIVS* ad oram  
scripsit *Margraben*) *Hos Ia-*  
*sinianus adeo segniter & negligenter*  
*curabat, ut stipendia illis quartuor,*  
*aut quinque annis non soluerentur.*  
*Itaque pace cum Persis constituta,*  
*cogebantur illi certi temporis stipen-*  
*dia fisco condonare.*

(q) *VEGETII* hic locus cere-Lusoriae na-  
ris clarior est, qui *lib. IV. cap. 46.* ues.  
armaras seu milite instrutas descri-  
bit in limite imperii Romani, quae  
a bar-

eiudem(\*) in Theodosii ac Iustiniiani iuris codicibus extare, reperimus. Quae **CONSTANTINVS PORPHYROGENNETA** [r] de militaribus fundis non alienandis scripsit, omnino etiam ad hunc finem existimo, pertinuisse. Uti uero Romanorum militia uniuersi orbis magistra fuit: sic ex illorum

Germanos,  
moribus  
Longobar-  
dorum,

in-

a barbaris nationibus fluminibus diuidebatur, speculandis, prohibendis, arcendis earum incurſibus & uicisim in curribus faciendis. Idem notauit Petr. **PITHOEVS** lib. I. aduersar. c. 13. p. 387. operam. Ita de luforibus Danubii est tit. 17. lib. VII. Cod. **THEODO- SIANI**, ut alia tracem, quae notarunt God. **STEVECHIUS** & **GOTHOFREDVS**.

(\*) Limitaneos quoque duces ipsi etiam Graeci imperatores habuerunt, ad imitationem imperii occidentalis. Sufficit hic **BASILIKA** iaspexisse ecloga VI. titulo, qui est περὶ δικὸς ἡτοι βιωτός λυκαονίας καὶ λυδίας. Habet etiam aliquis, quae hoc faciunt **CVIACIVS** ad **Nouell.** lxx, p. m. 552. Euolui porro hic mere-

tur **NOVELLA** Theodosii tit. 29 editionis Pithecanæ, quæ agit de ambitu & locis limitaneis inibi redhibendis, consiliaque suggestor limitum curae custodiatisque per impe- ntim emendandæ, luvabit sane ipsam Nouellam perlegisse.

(r) Nouella IV. περὶ αὐαδό- Nouella  
σεως τημηκατος σπατιωτῶν Constantini.  
& calis iterum de militaribus fundis  
inscriptis sunt, quas post cetera  
imperatoris huius opuscula edidit  
Iouannes **MEVRSIVS** Lu d. E.  
1617. 87. Forte enim Iustiniani  
errorē cortigere is voluerat, sub  
quo limitaneum militem admodum  
neglectum fuisse, post alios ex  
**SVIDA** constat verbo λυπι-  
ανεῖον. Quem locum citauimus p.  
II. lit. p. proxime uicina.

instituto Germani quoque exempli petierunt finium bene custodiendorum. Quo enim casu imperium, quod amplitudine ac robore suo aeternum uidebatur, uicinis populis in praedam concessit, limitaneis scilicet legionibus, quas Graeci *themata* dixerunt (s), non idoneo numero ac ratione instructis: eum cauere, atque aliorum sic exitio facilius discere potuerunt Germani, quantum e re esset, fines regni contutos praestare. Longobardorum industriam solertiamque clientelarium fundorum leges probant de *feudis mar-*

B 3 chiae

(s) Ita PHILOXENIS non solum glossarium; *θέμα* legio: sed etiam *Confessio* *PORPHYROGENNETAE* siueius repetita hanc verbi significatio. Quo enim ipso libro singulas provincias deferibit orbis Romani & praesidiuum in illis militem, constantem

*θέματα  
in limitaneis  
territoriorum.*

*θέματα* uoce uicitur. Ita περιτομή θέματας; *λογοθεραθίας*; *δελυατίας*; *πελοποννήσου*, etc. Quid? quod uerbi nimirum ipse exprimat *CONSTANTINUS* principio libri *de thematibus imperii orientalis*.

*chiae [t], quae in finitimis Italiae regionibus proinde constituerant [\*]. In Germaniis fateor, Marchionum memoriam aliquantum iu niorem esse; non, quod maioribus nostris instituta haec ignorantur*

*Francorum.*

*Marchionis uox apud Longobardos nata; res ipsa a Romanis.*

(\*) Rem satis ueritatem esse, uidimus: sed nomen rci nouum est, neque ante Longobardorum tempora forte auditum. Hi ut Germani fuerant; ita extra patriae limites natales uocabuli haud quaerendas esse, superius *lit. I. p. 9.* pro pugnatum dedimus. Fallitur itaque *Obertus 2. F. 10.* dicitur *marchia*, quia *marcha* uplurimum *iuxta mare sit posita*. Sed fallitur quoque *ALCIATVS*, qui lib. o. *singulari certamine*, qui operum eius tono IV. extat, c. 32. p. 650. *marchio nis* uerbum *Meer*, qui equus Germanis, petit & *stabuli prae se* *gum marchionem* dicit. Quia etiam coniectura sibi idem auctor placet *lib. I. Parergorum cap. 27. p. 303.* Fallitur *S A B I N V S in bisforvia Hugonis p. 72.* qui Gracorum *NopuagXav* regionem bello quaefitam, hue trahit. Fallitur *Wolff gangus IVSTVS* cetera non inutilis scriptor, *Marchiam dici a Mar-*

*comiro aut Marcomannis cap. I. Chronic. Francof.* Fallentur etiam alii omnes, qui in superius edicta etymologia neque dum acquiescunt.

(\*) Quaeſtu non indignum uidetur, unde factum sit, Marchionatus a Longobardis institutus esse Longobardis quo tempore eos nescierant Germani? Mihi sane facile ad respondendum est; bella cum Romanis in Italia & recens occupatas regiones in hac causa fuisse. Nunquam enim deuicti Italiae populi animos, amissi recuperandi, exuerunt, ut adeo necessitas ueller, limites operis ac militie firmos stabilesque habere. Contra in aliis extra Italiam prouincias Romani spem mox abicerant, quod erepum fuerat, iterum instaurandi. Quare neque Suevi in Iberia: neque in Narbonensi tractu Gothis: neque Francis in Gallia Marchionibus aut Marchionatibus tum opus esse, uidebatur.

tur (u), sed alia causa, quam nondum proditam fuisse, reperio. Olim sane cum patriae nostrae fines syluae, horrida ac deserta loca tuerentur (x,) aliis arcifiniis non opus esse, videbatur *Aethiopum atque Scytharum* exemplis, qui, deserendo agros, inuasores profligarunt (y). Neque alia causa fuit, quare Hunnorum auditae in patriam irruptiones, usque dum syluae excisae, uiae paratae ac commercia cum his populis, intempestiuā lucri cupidine, in-

sti-

Cur serius  
instituti apud  
Germanos?

(u) Qui enim ignorassent? limi-  
taneis Romanorum militibus in flu-  
minibus. Rheno Danubioque Ger-  
manorum oculis quotidie obuerfan-  
tibus. De quo instituto egit *Job. I.*  
*faucis PONTANVS Lib. I-Rer.*  
*Frane, a. 2. 3 4. Ut CLVVERVM,*  
*BUCHERVM; IVNIVM taceam ali-  
osque. Potius itaque modo allegata  
causa hic repetenda est.*

Testes lauda-  
ti

(x) Docent hoc bella aduersus  
Germanos *Cnefari, Tacito, aliquique*

descripta, quorum fragmēta ex-  
cerptit atque iunctim edidit *Con-*  
*ringius.*

(y) De *Aethiopiae incolis, a Cam-*  
*Exempla' Ae-*  
*byſe, rege Perſarum inuasis agit thipum &*  
*HERODOTI'S Lib. III. p. 192. De Scytharum.*  
*Seythis, qui aggreforem Darium*  
*hoc remedio fugauerunt *FRONTI-**  
*NVS de *fratagematib.* c. 5. Vtraque*  
*loca euoluta reperties in *Pufendor-**  
*fio illustrato cap. I. p. 42. ♂ 47.*

stituta fuerunt [z]. Ut taceam barbaras & uagabundas gentes arte aut iure positos limites parum curauisse [a]. Caroli autem non quidem ipsius, qui enim limitum custodia aut Marchionatibus ei opus esse poterat? ad cuius potentiam maiestatemque Europa uniuersa contremuerat, sed potius aetate eorum, quos ipse quidem posteros

limites co-  
lere pericu-  
losum

(z) Locus LVITHPRANDI lib.  
I.c.5. p.94. admodum memorabilis  
est: Arnulfus quem Zuentepoldum  
Moraturorum ducem debellare ne-  
quiret: depulsi his, prob dolor! mu-  
nitissimis interpositionibus, quas  
vulgo CLVSAS nominari praedixi-  
mus. Hungarorum gentem, andacem;  
Dei guaranu, scelerum non inseiam,  
rapinarum audiam, in auxilium  
convocat. Si tamen auxilium dici pos-  
et, quod paulo genti sua graue pe-  
riculum & excidium fuit. O caecam  
Arnulphi regis regnandi cupidita-  
tem. O infelicem diem! Deuictio Zu-  
entepoldi, Arnulphus pace habita, re-  
uato exitu, contemplati regiom

cordibus, malum, quod postmodum  
in propatulo apparuit, machinaban-  
tur.

(a) Inde est, quod Constantinus  
PROPHYROGENNETA cap. I. &  
II. de administratione imperii filio  
potius suadat, ut barbaras gentes  
quotannis xenio ac donis placet aut  
foederibus, quam limitum arcfinis.  
Quoniam, ut c. n. p. 15. dicit, con-  
cupiscentia eorum nullos limites  
agnoscat. Ita quoque CAESAR lib.  
VI. de bello Gall. §. 34. de Germa-  
nis: Latrocinia nullam habent in-  
samiam, quae extra fines sunt, at-  
que ea defidae minuendas causa sie-  
ri, praedicant.

Gentibus  
barbaris nul-  
limites cer-  
tia.

ros habuit, sed diuersi roboris successores, demum factum est, ut limitibus, praefidiario milite instruendis firmandisque operam nauatam esse, reperiamus [b]. Ut frustra

## C pror-

*Marchionum  
memoria ac-  
uo Caroli-  
gorum.*

(b) *Carolus M. regni fines metu, ulciniis injecto, siemare maluit, quam custodia marchionum. Quid? quod omnino credam, inter arcanae rationes magni imperatoris fuisse, limitum neglecto vicinos populos ad praedam invitate ac praepones suas postea ditionis reddere. Ut esca pilces, ita hanc spes gentes deceptas fu & bellum ex bello pronatum, existimauimus. De SLAVIS hoc assicet AD SLMVS ad an. 789. p. 398 & totidem uebris, ut cetera, ita & hoc repetit ANONYMVS scriptor uitae Caroli M. apud Reu- berum p. 27. De HVNNIS idem Adelmus babet ad an. 790. & 791. p. 399 Sed tamen obvis satis illa quoque loca sunt, unde constare potest, Carolum ac filios posteros regni fines limitibus classississe, atque arte factis arcfiniis, aut, quod idem est, marchionibus. L udatu inter con- situaciones Caroli M. e codice Thag- hernensis combib; euiligatas, cum Viti Amerpachii notis p. 308. de illic bonimibus non recipiendis a marchi- ogibus nostris, qui seniores suos fu-*

gunt. *HINC MARVS cap. 30.*  
*epifl. III. inter reliqua Francorum munera, Marchi quoque facit mentionem & EGINHARDVS p. 37. Saxonie Marchionum. AV-CTOR uitae Ludouici frti, quem P. Pa- thoeus, editis ad an. 786 p. 341. me- morat, Carolum M. ex Aquitanis militaris eduxisse, reliquis tantum MARCHIONIBVS, qui fines regniantes, omnes, si forte ingruen- ren, hostium arcerent incursus. E- undem Carolum ad limitem, cen- tra Slavos tuendum, duo castella, unum ad Albim; alterum ad Salam fluvios condidisse, limitaneis post milite aut Burguaris instructa, re- censet monachus BENE DIG TI- NUS ad an. 706. p. 408. & ad an. 708. p. 410. ita praefectorum Saxonici limitis idem mentionem facit ad an 819. atque de marchia Bulgarorum & Normannorum loquitur ad an. 825. De Hispanorum Marchia res non solum ex hoc au- store clara ad an. 828. sed etiam ex Petro de MARCA, libro esu- ditissimo de Marca Hispania. Illu- stis*

prorsus sint qui demum Henrici primi temporibus , quem scriptores aucupem dicunt , limitum curam aut marchionum ac marchionatum initia in Germanico imperio cepisse , existimant (c).

### §.III.

Etis etiam locus est epistola 21. JOH. VIII. P. ad Carolum Calum: quidam uidelicet ex confiniis & viciniis nostris, quos marchiones solito nancipatis. Ut taceam, quae illustris scriptor le ROY & SCRIBANIVS de Antwerpensi S. R. I. marchionatu differunt, cuius natales ad Caroli M. tempora quam plurimi gelunt proferre. Mallem ego principia eius in diuisione quaerere Lotharingici regni; exinde Lothario iuniore. Quae apud diuersos habentur de Austriae, Stiriae Carinthiaeque marchionibus, a Carolo M. institutis, eius apud coaeuos nihil exfat. Sufficit per haec tenus dicta, faris intelligi, labi CRANZIUM coniectura sua, ante Henrici encups temporis nullam unquam marchionum memoriam extitisse lib. III. Vandal. c. 16.

Marchionatus ab Henrico I. & Ottonibus inveniuntur.

(c) Fuerant grauissimae Henrico encupi causae, quibus ad meliorem limitum curam custodiamque est excitatus. Viderat is et in sua

ipse prouincia didicerat, uicinos quoque populos in Germania, arma mouere, paratos esse, ex eo primis tempore, quo Hunorum opimae, e patria nostra uictoriae reportatae reliquis Europae gentibus sunt auditae, ut cunctos ad spem simili fortunae erigerent. Huic igitur generi conatuum ut obicem ponerer Henricus, nihil omisit, quod ad irruptiones uicinorum hostium auerruncandas, facere uideatur. Danis Sleswicum; Sarmati & Slavis Brandenburgensem principatum; Misnensem Lusatiaeque Marchionatus obiecit iisdem: Austria, Carinthia & Carniola Styriaque Hunnis oppostrae; Gallis forte ad Scal im fluuium Antwerpia, ut ego coniector. Lege de certis WITTEKINDVM lib. I. Annalium; DITHMARVM lib. I. Chronicis Merseburgensis; HELMOLDVM Chronicis Slavor. lib. I. cap. 8. SIGEBERTVM Gemblacensem ad an. 925. GOBELLIVM

§. III. Limitaneorum itaque *ducum* & *comitum*, uno uerbo M A R C H I O N V M idem nomen est, Romanis & Graecis, Longobardis atque in Germania Carolingis & Saxonice tandem imperatoribus, quod uidimus, pariter adhibitum: ipsa autem nominis uis singulis in uicem ualde diuersa (d). Manares est, ciuilem historiam tractare, absque iuris intellectu: aut in

Uerbi MAR-  
CHIO diuer-  
sificatus in iu-  
re significa-  
tus.

## C 2 pu-

*NVM in Cosmodromio aetar. 6. cap.  
47. CRANZIVM in Vandata; LA-  
ZIVM in libro de migrationibus gen-  
zium; SCHÖENLEBEN in  
Carniola; ADLZREITERVM  
in annalibus Boiorum. Taceo alios.*

Soloecismi  
ICorum

(d) Ego meos ita docere soleo, ut multis argumentis ostendam, in publico, feudali ac priuato iure infinitos errores produxissem, in patria natarum, peruerfas adpellationes in lingua Latina. Tot critorum libelli extant, qui vulgatum uerborum notant barbarissimos: utinam idem in iurisprudentia argumentum tractaret iuriis arte & li-

terarum praefidio instructos interpres. Utilior haec opera reipublicae esset, quam industria centum orbitorum, Exempla sunt, cum emphyteus redditur, ein Zinsgut; Landes-Herr / dux: Grab oder Richeter / comes; die Landes, Hobelk / regalia; Lehen / feudum; Vasall, beneficiarius & quae sunt generis eiusdem. Haec imparitates sunt, licet enim Gellii voce uti, que prudentioribus etiam, nisi bene caueas, facile imponunt. Id ergo in ore ac animo tum habet doctor idoneus, adpellatio eadem est, significatio tuto coelo diuersa.

apud Romanos & Graecos atque Carolinos in Germania.

publico regni iure uersari, sine lumine historiarum (e). Utrumque etiam de arte critica dicendum [f]. Qui igitur superius Marchionum titulos diuersis & gentibus & aetatibus unos eosdemque fuisse, intelleximus, quod argumenti fuerat *historici*: nunc, cum ad *iurium* rationes deuenimus, horum uarietate singula iterum diuellanda ac seiungenda sunt, ne errore, cuius alias arguimus, ipsi prolabamur. ROMANIS AC GRAECIS

Vinculum  
studii juris &  
historiarum.

(e) Scriptit BALDVINVS de vinculo iurisprudentiae cum studio historiarum. Eadem ueritas pluribus etiam aliis testatisfima. Confer, si libuerit, *programma* dn. praefidis anto semestre, dum ordinariam iuris professionem capesset, scriptum.

Errorum hic  
initia in  
scholis.

(f) Erroris initium in scholis omnino quaerendum est, aut in ludis magistrorum, quod idem est, uulgaribus libellis. Hi enim interprætamenta uocabulorum nobis in pueritia fuggerunt, quibus inuenies ac uiri difficulter possumus defuisci. Mallem, pueros recitare: *ein Grav, Granus*; quam *comes* & sic in reliquis. Ita enim animos erudiremus in Academiis, nullo præjudiciorum morbo infestos: imo ipsi in adulta aetate difficiliores essemus, in effingendis erroribus; quam esse solemus in imitandis. Sed abhorremus a puluere scholarum, id est, parum esse, arbitramur, teneros animos ad denia flecti.

cis imperatoribus, ut fere infinita potestas fuit [g]; sic horum instituto MARCHIONEM praefetum dixeris, cui limitis cura, precario iure, a Caesare fuit demandata (h). Eandem definitionem

### C 3 tem-

Caesarum  
potestas infi-  
nita apud  
Romanos.

(g) Qui Romani imperii initia ac firmam sub Caesare & Augusto, quorum uestigia successores instittere, e longinquo eriam cognoverit: is nullum hic nobis serupum mouebit. Plures Romanis dii; sed unus eis, qui cuncta poterat, imperator. Pendebant ab eius nutu res pace belloque domi ac fo- ris gerendae. Non priuato plus iuris in patrimonio, quam Caesaris in imperio erat; quod atterere ac diminuere, imo ultima etiam uoluntate de eodem testari poterat, nullius intercessu. Nulla senatus tribunorum nulla in Caesarem auctoritas. Non alia regni, alia regis iura. Ordinum; comisionum; fla- gium, quos dicimus, aliaque nomina, quae imperantis potestatem temperant, tum nel otiosa erant, nel proflus inaudita. Summatim lege, si placet, regia, non supremam tantum, sed omnem proflus potestatem populus transulerat in imperatorem, cui, quod placuit,

legis habuit uigorem l. 1. ff. de con-  
sulis, princip. & §. 6. Inst. de iure nat.  
& gewissum idem reperitur l. 1. §. 7.  
C. de ueteri iure enucleando. Quae  
alii aduerfa esse, existimant l. 4. C.  
de legibus & l. 23. ff. de legat. 3. ad  
rationes decorauit politicas perti-  
nent, non ad decreta iurispru-  
dentiae.

(h) Qui liberam Caesarum Ro. Administris manorum potestatem nel ex illis in- ac famili tellexerit, quae loco praecedente Caesaris summus commentari, ci non difficile fuerant, uti ad credendum erit, nulla prouin- officiales re- ciarum munera fuisse Romanis, liqui: ita quae orru progresuque aliunde, quoque mar- chiones.

quam e foliis Caesaris nutri pepen-  
dissent. Caesar duces & comites pro-  
uinciarum & constituit & remouit,  
aliis pro arbitrio surrogatis. Non  
aliud illis ins quaestum fuerat, at-  
que hoc quam dia Caesar placuerit. Caesaris famuli & administri  
fuerant: non regni officiales aut,  
qui usi fructuariorum iure, more  
beneficiariorum, gauderent. Ex-  
empla

in iure feu-  
dali commu-  
ni.

# tempora habuerunt CAROLIN- GORVM (i). LONGOBAR- DIS

empla id *Belisarii & Narsesii* do-  
cent, qui, munere suo in prouin-  
ciis limitaneis destruti, non de in-  
iuria; sed de fortuna conquere-  
bantur, quae apud Caesarem min-  
us, ac spes eorum fuerat, fauisset.  
Scriptores, qui aliter docent, quo-  
rum farragimen habes in *COM-  
MENTARIO bistor. ad Pufendorf-  
fium cap. I. §. 20. p. 193.* illi publica  
Romani imperii iura minus intelli-  
gunt aut iura miscent cum doctrina  
iuritutum. Et quem argumenta  
magis manifesta esse possunt, quam  
illa, quea in *codice* reperiuntur?  
Eam enim libelli Caesarum, quos  
ad prouinciarum praefectos dede-  
runt, formam habent, ut pateat,  
tix feruum domini iusibus sic ad-  
strictum fuisse, ac illos Caesarum  
mandatis. Summatim, in prouin-  
ciis Caesarum famuli fuerant &  
mandatarii: in uniuersi imperii ne-  
gotiis otiofi testes. Quae frons igi-  
tur *REINKINGIO & doctoribus* illis  
iuteranis fuit? qui prin-  
cipes rerumpublicarum Germaniae,  
cum officialibus Romani  
Caesari conferre atque illorumiu-  
ra ex horum munere aestimare uo-  
luerunt, quo errore non ineptior es-  
se potest ac pestilentior, qui iura  
principum prorsus extinguit. Sa-  
ne ipsum Caesarem ad impudicii a-  
dulatoris calumna, audio erubuisse.

(i) Hac fraude illis eriam nunc  
imponitur, qui ueterum ineptias Carolingicis  
reprobarunt. Habeo itaque causas, regibus ca-  
publice hic dicendi, in eodem autem fere po-  
grauiori eriam peccato uersari, qui  
publici iuris principia ex imperio  
Caroli magni & posterorum eius re-  
pertunt atque illos, qui ad undeci-  
mum & extremum *codicis Iustinia-  
nei* libros in hac doctrina confu-  
giunt. Constat apud rerum non  
prorsus ignaros, Carolum impera-  
torem in Germaniae prouincias,  
quas ille primus sub imperium u-  
nius redigit, liberrimo iure fuisse  
dominatum, omnibus ducatis,   
id est, *singularis reipublicae* iuribus  
prorsus eueris. Quod si ergo *da-  
cum aut marchionum*, quod supra  
*lit. b. p. 17. uidimus*, eo imperante, me-  
moria occurrit, non alia huic no-  
minum generi uis tribuenda, at-  
que ea, quam dedimus in tempori-  
bus Romanorum. Scilicet in uer-  
nacula Carolingicos duces aut mar-  
chiones reddideris vocabulo *cineß  
Lanbes, oder Gränz-Hauptmanns*.  
Quod utinam doctores expedis-  
sent, neque *sporuūia* haec causa  
fuisse prolapfionis; qua credide-  
runt, sc̄, uerbo reperto, nostrorum  
idonea ratione definiatur. Mihi expedita via est, qua ex hoc diuersarum opinionum anfractu cum meis soleo peruenire ad propositam veritatem. *Principis* vox iuri Romano, publico ac ciuili *Caesarem* notat, quod huc non pertinet. *Carolingorum* aeuo *primates* aut *præcetes* ita dicti sunt, id est, ut ego interpres, *primarii* regis *administri*. Verum, extincta *Carolingorum* stirpe in Germania, unde omne publici nunc iuris momentum penderet, nomen hoc non nisi sex illic prouinciarum *dominii* datum fuit. Hi enim soli ex utraque causa id mereri videbantur. Sive enim isti *duces* in suis prouinciis egerunt domi: sive *foris* in uniuersi imperii conuentu. *Ibi* principes, quasi *Caefares* aut *supremi* suorum territoriorum *arbitria* fuerunt: hic ita salutari, quod soli *primates* regni essent, quibus ceteri ordines ac ciuilia imperii membra omnia subiacerent. Summatim, *ibi* principes in sensu *absoluto*: hic in *respectu*, licet cum schola loqui, audiuerunt. Eadem ergo utriusque verbi tum uis erat, sive *ducem* sive *principem* dixisses. Atque hoc sensu non habet *Iohannes*, M. A. BILLONIVS, lib. III. c. 1. p. 222. *artis diplomaticae*, quod de historica lege PAPE BROCHII dubitet: *orsnia diplomatica imperatorum ante Henricum ancupem, quae haec verba continent, principes nostri, falsa esse*. Quoniam ante hoc aeuum Germania nostra dominos territoriales non habuit, aut certe,

quod de solo *Cunrado primo* dicendum, non agnouit. Alia prorsus *principes* verbi significatio fuit, quando *or- prouinciales*. *dines prouinciales*, qui suo duci paruerunt, *principes*, id est, primarii uiri aut ordinis prouinciae primariae, Gramatico magis, quam publico curiae stylo, fuere salutari. Quod genus loquendi non aliam verbi uitum atque eam habuit, qui hodie num Ictos, oratores, philosophos, historicos, *principes* adpellamus. Inde alii *prouinciae principes*; alii *principes regni* aut imperii fuerunt, tam diuersi ordinis, arque imperans a parente, dominus a subdito solet differre. Haec facies Germania *principum* prouinciarum fuit, usque dum, *Caesarum numerus au-* inexhausta rapacitate, alibi saepius etus diuulsi & p. 26. & 27. lit. p. a nobis pasim sex Germania notata, euenit, ut *six præpotentia* *principes* *prouinciarum* *clivis*. *Germaniae principatus* in partes

irent arque, maioribus nostris inaudito casu, in minutissimas quasque particulas, unius & alterius leucae territoriola, disiicerentur. Hoc importunum nouum deinde exceptit. Cum enim recens nati *domicelli*, uenia si uocabulo, ducum potestati prouinciaeque suae, *Caesarum* praefigis, se subduxissent: fieri non potuit aliter, quam ut *Caefari* beneficia haec arque ex alieno corio munificentiam superstitionis obsequio rependerent & maculam commissas in duces perfidiae abstergerent ac purgarent. Quamuis enim, sive iuris feme facti, re ipsa *principes*, id est domini rerum suae ditionis essent: a uocabulo tamen, *Caefari* sati odio, tibi non cohiererunt.

F 3

buerunt solum: sed etiam alia plura Germanicis imperatoribus indulserunt, quod *antiqui illi principes* nequicquam eis largiti sunt. Sed cum prioris generis plures essent, posterior actas, antiquae regni formae ignara, utriusque iura confudit atque regulam a *domicillis*, cœu numero maiori, sumpsit; ipsi post doctores, qui, cum publica patriæ iura e monumentis *pristinae obseruantiae* discere debuissent, ex iure codicis Iustiniani docuerunt, aut scriptis Longobardorum moribus atque liberimo sic regno vim attulerunt, ut procul abesse a scrutitate.

Obuerterunt capita *principes veterani* atque violento conatu repugnarunt: contra recentiores illi impositum onus non ita formidarunt, quod humeri Cæfaris iugum non sentirent, qui imperio *ducum* aut principum antiquorum quondam fuere aduersi. Arque cum his turbis infelix patria tot seculorum lapsum certauit, ut nullum inter *antiquos & novos* ordines discrimen praeter *nomen* supereret. Tandem quo hoc non minus ex hominum memoria deleretur, factum est, ut Cæfariæ agerent, quo cuncti aliquarum tantum virium *comites* nomen suum cum *principis* uestro computarent. Nummos, gratiam, fidemque, Cæfariæ familie perpetua addictam, tulere aut etiam postulare promotores a *secularibus*: sed Ecclesiastici ordines suo arbitrio, non Cæfarii, *principum* sibi nomina arrogaverunt. Nam extant quidem diplomata Cæfarum, quibus *Luxembur-*

**Inter antiquos & recentiores principes dissimilam.**

**Episcopi quoque.**

gi; *Holsatiae*; *Wurtenbergæ*; aliique comites ad principum dignitatem electi sunt: sed antistes *Wurzburgensis* se ducem scribit; *Conflantienensis & Leodiensis* principes imperii adpellantur, nulla indulgentia imperatorum. Nugas enim, quas imprudentioribus uendunt, rerum gnari ipernimus. Quae nouorum nominum arrogantia utrum superbias sacri ordinis sit tribuenda, qui suam principis dignitati præstulit: vel singulari juris scientiae, qua, rerum domilio acquisito, id est *principis* consecuta potestate, *principis* etiam *nominis* uti licere neque nouo Cæfaris beneficio opus esse, sunt arbitrati. Illam opinionem Angliae regis iudicium firmat, quo ipse *Episcopum* dimisit, qui *comitis* dignitatem ambierat: pulchre sapit, nouam comitem te facio ex *Episcopo* uicerano. Locum dedimus in notis ad *Pufendorfum cap. IV. p. 270*. Hanc uero exempla sustinent Ecclesiærum antistitum, qui *principis* uestro hodiènum gerunt superbire. Id etiam reperio, ante quatuor iam secula *Magdeburgensem* *Archiepiscopatum* *principatus imperii* nomine *eines Reiches Guestenthums* Cæfariæ diplomatis uenisse. Ut adeo *Wurzburgensis* non sit, in hoc nomine uel prærogatiuum querere, uel id extra episcopatus sui pomocria extenuum uelle. Et sane, quod duobus *Episcopus* uestibus moneo, cum episcopi, gen. *Wurzburgis* *Limburgium* *comitum* in gensis an *duces* Franconia, primi fuerint, qui inter Franconiae *Wurzburgenses* *duces* nomine usi sunt,

**praetereundum est , marchionem nostrum , uetusissimorum seculorum elogiis , & PRINCIPIS uerbo (m) nuncupatum ; & formulam DEI**

ITISUP

F 3

GRA-

**int;** atque post hos alii id iterum adhibere, intermisserint: non leuis est conjectura , Limburgenses ad profapiam suam, quam a Carolingorum atque Cunradi primi regis eiusque & Franconiae ducis familia oriundam cederunt, instaurazione tituli huius, digitum inten-

**Cur Anhaldi-  
ni principes  
dicantur.** Tandem *ducum etiam filii principes*, puta *iuuentutis*, ferme Latino audierunt. Quia occasione Anhaldini nomen principum ceperant. Ottone eius & Alberto ad principatus imperii Saxonum & Brandenburgum promotis, filii eorum, quibus Anhaldini comitatus distributus fuit, *principis* nomen, natalium, non Anhaldini territorii causa, retinuerunt. Donec tempora, rerum forae ignara, ipsi quoque territorio id inferrent. Quasi non recte fieret, *principis* nomen gerere in possessione *comitatus*. Atque mea haec opinio est, quam clientelare uineulum confirmat, quo magdeburgico semper archiepiscopatu*s* addicti fuere.

(m) Cum uerborum *ducis & principis* antiqui, quem primi ordinis supra dixi p. 30. eadem uis sit: mentionem, haec etiam loca me-

rebuntur, quae *principis* elogio Marchionem nostrum adpellarunt. Taceo nunc historicos, qui *Geronem*, Marchionem, supra memoratum identidem *principis* uerbo *me precipui principis honestant*, ne Grammaticum stylum a publico solennique curiarum distingueret, nefscire videar. Verum *diplomaticis* hic iterum fidem imploro. An. 1258. tale exstat apud MADE-RV M p. 36. *Deigraria Albertus &c. praesente NOBILI PRINCIPE Iohanne , marchione de Brandeb.* Ita etiam Burchardus Archiepiscopus *Magdeburchensis* epistolam incipit *Magdeburchi scriptam crucee. XVI. in die beatorum Viti & Modestii martirum : illustribus PRINCIPIBS , dominis magnificis Woldemaro & Iohanni Brandenburgensis & Lusatiae marchionibus salutem ac desiderium.* Significantius in Germanico OTTO magdeburgensis *anviles* in litteris quas anno 1336. exarauit eodem uerbo utitur: *dem erledichten Fürsten / Herrn* *Markgräven zu Brandenburg.* Quae formulae antiquis elogis congruent, quae exhibent histo-

**Marchio  
Brandeb.  
princeps au-  
diit S. R. I.**

**GRATIA** principio statim habuisse (n); tulisseque **ILLVSTRIS** (o) titulum. Atqui singula haec tum non aliis in imperio tributa sunt, quam

Formula,  
*Dei gratia*  
principio usi-  
funt Brande-  
burgici.

(n) Scripsit d. praeses in *Arau-*  
*sione adiusta* §. 6. p. 22. de usu pri-  
orū temporum, quem formula ha-  
buit, **DEI GRATIA**. Neque  
sum nescius, praeter illos, quos  
ibi citati sunt, satius etiam obuios  
apud **MABILLONIVM** libellos  
eorum esse, qui ex inferiori  
facri ordinis subfello, nominibus  
suis uerba iuxtrarint, *dei gratia*. Sed  
datum hoc forte Ecclesiastici mu-  
neris uocationi, quam non humana-  
nam, sed diuinam uoluerunt. Re-  
rum ciuilium officialibus uel admiri-  
stris imperatorum omni tempore  
nefas fuisse, formula *dei gratia* uti-  
ti, prorsus existimo. Atque hac  
causa ueneror suspicioque diploma-  
ta Geronis, quorum initia sunt:  
**GERO DEI GRATIA DVX**  
**ET MARCHIO**. Qualia cum  
apud alios scriptores, tum apud *Ge-*  
*ronrodenses annales* quam plurima  
hodiendum superfunt.

**Illustris** uerbi (o) **Illustris** uerbo reges Fran-  
cesiū medio corum sibi mirum placuisse, idone-  
suo. is monumentis ostendit *Iob. MA-*  
*BILLONIVS lib. II. c. 3. p. 69.*  
Contra vero Angliae regibus sua

dignitate longe hoc inferiorius reputa-  
tum esse, testatur *Iob. SELDE-*  
*NVS Part. I. c. 7. de tissulis honor*  
p. 140. atque idem ex eadem causa  
Mostouitarum regi displicuisse, li-  
bello Caefarei legati probat *Cerbar-*  
*dus FELTMANNVS lib. II. de*  
*tit. honor. cap. 7. p. 365.* Italos antre-  
cessores taceo, qui inter, *illustris*,  
*superillustris*, *illusterrimi* uerba, di-  
ctatoria quadam auctoritate, pristi-  
ni imperii Romani aemula, uni-  
uersas gentes discrimen docere,  
non dubitant. Sed boni isti docto-  
res urinam cogitarent, priuatas,  
non publicas causas respondere  
ipsorum priuilegiis datum esse. Et si  
hoc etiam datum eis fuisset ab impe-  
ratoribus, sciant pridem gentes ani-  
lem hunc imperii Romani cultum  
exuisse, decreta autem Pontificis,  
quem loco illius surrogatum nos-  
lunt, nullo non genere ludibrii ex-  
cepta atque etiam ab illis explosa  
fuisse, qui Romanae Ecclesiae fidem  
in rebus diuinioribus adstrictam  
profitantur. Mihi in his dogmatibus  
tempora; respublieae; scriptores;  
literarum genera distinguenda esse  
viden-

quam illis, qui a Caesare proximum fastigium tenuere, aut, quod idem est *ducibus S. R. I.* Singularem quoque locum meretur, quod *Primislaus*, marchia armis in ditionem redacta, se scripsisse fertur nomine REGIS BRANDEBVRGICI [p]; Caesare institutum

regis etiam,  
Caesaris in-  
dulgentia.

uidentur: cum solus fere usus magister esse soleat solennium uerborum. Quamuis igitur testatisimum sit, atque solerti & eruditio indagato*I. C. BECMANNO* diff. X. cap. I. §. II. & diff. XI. c. 2. §. 3. diligenter notatum, in medio aeuo imperii duces illustrium uerbo gauios esse, atque Brandenburgicum pariter marchionem apud historicos & in diplomatum monumentis eodem frequenter uestitum reperi. Cum tamen FRESNEI & SPEELMANNI exempla talia sint, quae regum administris idem datum esse, comprobant, nolim huic argumento multum momenti tribuere.

**Rex Brandeburgicus,**  
quo aeuo  
causaque di-  
matur?

(p) Uerustus codex CHRONO-  
GRAPHI Brandenburgici,  
quem edidit Ioac. Iob Maderus,  
circa an. 1532. his uerbis scribit:

buius temporibus fuit in BRANDEBURG REX, Henricus, qui Slavice dicebatur Pribislau. Qui Christianus factus, idolum quod in Brandenburg fuit, cum tribus capitibus, quod Triglau Slavice dicebatur & pro Deo colabatur, destruxit. Cum filium non haberet, Adelbertum marchionem, dictum arsum, iniustus heredem sui PRINCIPATVS. Ut adeo Cap. SAGITTARIO in historia Brandenburg. §. 12. p. 10. satisfactum esse uideatur, qui antiqui scriptoris testimoniun in delata Alberto Pribislai hereditate desiderauit. Chriſtopho-  
ri ENZELTII Chronico Mor-  
chiae in uita Alberti uerba haec sunt:  
Diesen Albertrum hatt sehr geliebts  
Primislaus, welcher sich rausen ließ  
sel und ward Henricus genannt  
König zu Brandenburg. Und will

tum hoc prorsus adiuuante (q).

II. a praepo-  
sitione piae  
ducatibus  
primariis.

S. V. Quamuis is ego non sim,  
qui, ante quam A. B. conderetur  
(r), ullum inter primarios impe-  
rii duces, quos ex hoc tempore  
ele-

well ihn Marckgr. Albrecht zu Ge-  
walters gegeben zu seinem Sohn  
Ottone, gab er seinem Paten zum  
Gewalter, Gelde das Land zu Brand-  
enburg die Hanche genannt. Macht  
anch zu Eben Albernum, seines  
Landes Brandenburg mit Bevilli-  
gung ihres Gemahls Petrae Un-  
de luculentum nobis argumentum  
patet; marchiae regiones alluditae  
fuisse atque post inter feuda non nisi  
oblata.

(q) Caesaris indulgentia an hor-  
amperioris: tatu factum hoc sit, non definio.  
Queruntur sane nostri annales, An-  
drea ANGELO interprete, lib II.  
Chron. Ma eb. p. 74. Imperatorem,  
odio aduersus pristinum Marchio-  
nem concepto; Primislauum hostem  
in principem, minus forte in dom-  
esticis reipublicae turbis sibi ad-  
dictum, concitauisse. Quod si ue-  
rum est, nihil tamen noui haben-  
dum, cum Lotharius imperator ac-  
mulum forte Primislai, Canutum,  
Daniae principem, ciuidem populi  
causa REGEM adpellauerit VENE-  
DORVM. Cuius historiac testes

dissertatio laudar de *auspicio regum*  
cap. 2. p. 97. Id miror, Danos hoc  
iuris titulo hodienum uti, cum ta-  
men non regno, sed regi ac posteris  
familiae regalis cum dederit impe-  
rator, quam gens Oldenburgica hoc  
nexus non attingere uidetur.

(r) Quamuis de hac ipsa adhuc Ex A. B. u-  
multum soleam addubitate Nam trum praece-  
puto, Carolum ibi ad solennia coro- dentia elec-  
tione respxisse & ordinem suffra- etorum pa-  
giorum in electione; non aero ex-  
teat  
collegium alterum alteri prac-  
latum uoluisse. Sane inter Col-  
oniensem & Treuirenssem antistites,  
hodienum controvexitur. Et fru-  
stra sunt, si quid in hoc doctrinac  
generi adsequor, cuncti doctores,  
qui Aur. Bullam in hac lice iudicem  
querunt. Illius enim loca pro-  
misca sunt, neque item dirimunt  
extra ordinarios conuenens. Hinc  
& ipsa diplomata hoc in ordine  
uaria repates. Idem mihi iudici-  
cum est, de ciuilis ordinis elec-  
toribus. Quod tamen nemini  
obrudo.

*electores salutamus (s), praestantiae  
ac praecedentiae discrimen fuisse o-  
piner, cum plura mihi argumenta  
fint, quae, in alia hic discedere (t),*

G co-

Elektoris      (s) Ultra hanc certe aetatem  
uerbum prin. is uerbi usus non adfurgit, in di-  
cipum titulis plomatibus minimum, unde curiae  
inauditum      itylus est intelligendus. Historici  
ante A. B.      enim si hoc habent aut vulgari ser-  
mone scribunt: aut tempore fo-  
lent anticipare; aut ueras rationes  
prositus ignorant.

Ius praec-      (t) Tot libros de iure  $\tau\eta\varsigma \pi\zeta\sigma\tau$ -  
dendiae nul-      deus excluderunt regum in orbe,  
lum fuit in-      in imperio principum in hoc argu-  
ter principia-      mento contentiones; sed multi par-  
tus imperii.      tium studio corrupti sunt, plerique  
epiam ignorantes peccant idoneo-  
rum principiorum, unde ratio ordi-  
nis, si que fuit, repetenda. Io-  
hannis a BESSER eruditam ma-  
num & calamum, qui, omnium iu-  
dicio admirabilis & supra aemula-  
tionem positae elegantiae ac lucu-  
lentiae laudem meretur, hoc ne-  
gotium expectat, ut arduum & maxi-  
mi momenti, sic intolerabilibus  
tamen tricis, fraude, machinis inuo-  
lurum, ut cautum omnino scripto-  
rem desideret rerumque gnarum.  
Utinam id possent principum ac  
hominum eruditorum rogationes,  
ut opus maturaret vir illustris

atque excellentissimus, tanto re-  
rum adparatu, ex omnium tempo-  
rum memoria & posteriorum uniuersi  
orbis rerum publicarum rationibus  
locupletatum. Cum simile quid ab  
alio nullo literaria sibi respublica  
facile pollicetur; quod pauiora  
exempla sint scriptorum, qui scienc-  
iae & industriae, iudicij elegantiæ  
que laudes adsequuntur, præterea  
que longos rerum scribendarum us-  
sus habent, huic instituto magnopere  
necessarios. Utinam manus de  
hac tabula essent illorum, quorum,  
suprema laus est, anxi & acerbo la-  
bore colligere aliena, &, quae col-  
lecta sunt, nullo iudicio in pub-  
licum prorudere. Ceterum quae mea  
in principum imperii ordine opinio  
ac obseruatio sit, in doctrina juris  
publici soleo explicare. Nullum  
omnino ordinem *praecedentiae*, ue-  
nia sit verbo, inter imperii primaria-  
rios principes fuisse, arbitror, uti  
hodiendum nullus est inter familias  
*nobilium* uirorum. In conuentu  
provinciali superiorum nunc lo-  
cum habet *nobilis*, quod muniris, ac-  
tatis, auctoritatis, aut alia causa ali-  
os superet. Sed huius filii ac posteri  
alii

cogunt; multo autem magis absit,  
ut diplomatum subscriptores hoc  
doceant, quorum haec neque cura  
fuit, neque auctoritas (u): facit  
tamen

aliis iterum loco cedunt ex ratio-  
nibus iisdem. Inauditio argumen-  
to uteretur, qui, *sui prædii* causa,  
uellet aut *suprema* tenere aut me-  
dio loco se ingerere. Idem mores  
inter septenuiros quondam fuerant  
& alios quosque unius collegii prin-  
cipes in imperio. Non *principatus*  
aut territorii ordo tum fuit, lege  
aut consuetudine definitus; sed  
principum unus alteri *praecepsit*,  
prout aetas, merita in rempubli-  
cam munera imperii uoluere. In-  
de est, quod hodiernum in singula-  
ribus Germaniacis rebus publicis, *cir-  
culos* dicimus, haudquaquam des-  
titutum sit, qui praecire aut *praeferri*  
debeat alteri, qui alterum sequi.  
Inde quoque est, in publicis quon-  
dam imperii conuentibus, siue pa-  
cis siue belli causa instituti, nunc  
Boium Saxoni; hunc iterum illi;  
utrumque Brandenburgico duci;  
Brandenburgicum utrique, diuersis  
temporibus ac principibus, eundi  
ordine paelatos reperi. Mani-  
festo enim errore labuntur, qui ex  
his casibus *præiudicia* colligunt aut  
iuriuum arguant possessiones, cum

ad decori magis, quam certi iuris re-  
gulas pertinuisse, uideantur.

(u) *Ex ordine scripturac maiorum* a subscripti-  
ritas dignitatis colligitur, ut posterioris omnis ordine  
censeatur, quem priorem scriptura diplomaribus  
recitat sententia doctrinam est, in nulla ad  
terprete *Modest. PISTORIS Con-* præcedenti-  
*fil. LI. n. 34. not. 1. & Matibia STEPHANI* argumen-  
*PHANI Lib. II. de iurisdict. part. I.* ta.  
c. 6. n. 86. Prouocant itaque Ieti  
ad seriem, quam testium nomina  
habent in diplomatis. Sed fal-  
luntur. Primo enim non propria  
manu testes subscripterunt diplo-  
matibus, ut suae quisque dignitatē  
attendere potuisset: sed notarii ac  
scribae ut alio literarum, sic nomi-  
na quoque exararunt, neque omnium,  
qui aetui praesentes fuerant,  
sed posterioris tantum partis. Illud si-  
ue factum sit, literarum ignorantia,  
non indigna, tum uiris nobilibus,  
qui arma pro calamo tractare, didi-  
cerant: siue temporis lucrandi ergo:  
siue consuetudinis causa, operose  
disquirit *lob. MABILLONIVS*  
*lib. II. de re diplom. c. 22. p. 165.*  
Deinde nulla subscriptio cum alia  
con-

tamen ad *ducalia iura*, reipublicae nostrae adserenda, *Brandenburgensem marchionem* in diplomaticis Caesareis non semel, ue-  
rum satis frequenter primariis imperii ducibus ordine praelatum, re-  
periri [x]. Ea enim consecutione  
minimum uti hinc licet, nostrum

## G 2 non

congruit in ordine testium. Di-  
scere hoc licet uel e Caesorum con-  
stitutionibus atque pastionum pu-  
blicarum tabulis, quas GOLDA-  
STVS, ac illud Germaniae aut pos-  
tius uniuersi orbis litterariorum immor-  
rale decus LEIBNITIVS, aliisque promulgantur. Mihi autogra-  
pha quotidie in scrinis regis ante  
oculos sunt, opinionis meas incor-  
rupti tutores. Tandem qui ordi-  
nis differunt obseruant sit in li-  
teris: cum in conuentibus quoque  
is exalauerit, quod paulo ante o-  
fendimus p. 49. lit. t.

(x) Exempla ubique satis obvia  
sunt frequenter; occurruunt. Pau-  
ca ex innumeris sufficerint. In di-  
plomate FRIDERICI I. *Caſu-  
ris* an. 1557. dato Gostlariae, quod  
Maderus exhibet p. 129. subcri-

ptores hoc ordine extant: *Albertus MARCII*; *Fridericus DVX Suevorum*. In constitutionibus a GOLDASTO editis Tom. III. p. 335. exhibetur Friderici I. an. 1158. serie subscriptorum frequenti;  
*dux Bauariae*; *dux Saxonie*; *MAR-  
CHIO BRANDEBURGENSIS*; *dux  
Sueviae*; *dux Dalmatiae*; *Conradus Palatinus comes rheni*; *dux Meran-  
iae*; *dux Lotharingiae*; *dux Bra-  
bantiae* & ceteri. *Eiusdem Tomi* III. p. 344. *dux Saxonensis*; *MAR-  
CHIO Albertus*; *Comes Palatinus  
rheni*, frater *imperatoris*. Idem re-  
petitur p. 351. Imo p. 400. *Mar-  
chio Brandenburgensis* cunctis duci-  
bus praefertur an. 1247. his uerbis:  
*marchio Brandenburgensis cum pluri-  
bus ducibus & marchionibus & na-  
tibus imperii*, & p. 441. anno 1334.  
illu-

Nomen  
Branden-  
gensis Mar-  
chionis in  
classe ducum  
saepè prima-  
rio loco stat.

non inferiori; sed in honoris ac dignitatis eodem cum illis gradu fuisse constitutum [y].

III. a dignitate  
ELECTORIS, qua pol-  
luit marchio  
Brandenburgensis.

§. VI. Sequitur ELECTORIS dignitas, quae uti maxima est in imperio Germanico; ita socios,

non-

*illustres Fridericus marchio Brandenburgensis; Guilhelmus comes Palatinus rheni & dux Bavariae. Unde fatis clarum est, Brandenburgenses marchiones non solum in ordine primiorum imperii ducum repertiri: sed etiam aliquoties illis loco anteferriri. Conferenda cum his ca- sunt, quae sequenti paragrapo p. 57. lit. f. docebimus Brandenburgicum inter electores primo quondam loco sterisse.*

Classe di-  
uersi ordinis  
principum  
raro miscen-  
tura scripto-  
ribus.

(y) *Iohannes MABILONIVS lib. II. de re diplom. cap. 21. §. 13. p. 162. facit siuum hac de re iudicium his uerbis: in tanta subscriberunt at- testuum uarietate hic sero ordo ser- uatus est, ut primo loco reges: tum episcopi: dein abbates: post eos prin- cipes subscriberent, ut ex uariis a- etis constat. Hic nos obtinuit non modo in Gallia, sed etiam in Hispania & Anglia. Apud Germanos idem potuit temporum superstitione, ut nostris etiam principibus, id est, re- zum ac prouinciarum dominis in-*

fundi ordinis abbates in subscriberendo praefitissime, reperiamus. Qui mores in patria nostra eo maiorem exigunt admirationem; quo clarius est, Francorum principes, regis ac regni ministros fuisse, atque ne umbram habuisse illius potestatis, qua nostri a temporibus post Caro- lingicam stirpem singulares respu- blicas & hodienum regunt & olim rexere. Inter ipsos quoque saeculares, qui dicuntur, aliquod iterum classes fuisse, pleraque exempla do- cent. Primam constitutere integrum prouinciarum domini, qui ho- die electores sunt: alteram prin- cipes inde exempti: tertiam comites & barones: quartam equites: quin- tam ac ultimam nobiles. Hos cancellos neque uetus confudit, neq; sta- belliariorum facile ignorantia. Ut adeo argumentum hoc ad nostrum hunc scopum omnino facere videatur. Quamvis ultima in primis & penultima classes non eodem ubi que ordine dispositas reperiamus.

nonnisi principum supremi ordinis collegas fert [a], indeque locum facit nostro argumento. Quamuis enim infinitae clarissimorum virorum de ortu successuque colle-

G 3 gii

uera origo &  
ratio electio-  
rum.

(a) Prima huius doctrinæ rudimenta dedi §. III. lit. p. pag. 26-28. Res summatis ita intelligi debet. Momenta universi imperii in comitiis sunt expensa. Inter haec præcipuum fuit, eligi imperatorem. Ad comitia vocati sunt sex populi Germaniae; Franci; Suevi; Saxones; Thuringi; Boii; Venedi. Singulis populis singuli duces aut domini fuerant. Horum quisque cum suis castra posuit locaque fūgillatim. (Haecen WIPPO tellis erit in vita Conradi p. 424.) Obfuit tanta multitudo, quin singuli e populo suffragia viririm dicerent. Ducibus igitur id datum fuit, ut de candidatis imperii principi deliberarent (Prætaxationis serbo id exprimit ALBERTVS Stadenfis ad an. 1240 p. 215.) Pluribus iraque probarunt, populis universis nomine indicatus fuit. Populi acclamatio adfensus nota erat: murmur aut fremitus dissentiebant. Utrumque fiebat turmatim. In contraria quoies ritum est, difficillimum fuerat, maiorem partem distingue a minori. Manus ita-

que consertae. Ubi potentiorum suffragia uicerunt, atque hi duces. Taedet ergo ceteros, impensis facere ad comitia & suffragii nullum uidere fructum. Inde conuentus himinis frequentes esse, ceperunt. Quo ipso crevit ducum auctoritas. Noui principes (quorun rationes habitaes §. 3. lit. r. p. 29.) a pristinis in sanctius illud prætractandi (prætaxandi) consilium non admissi, pariter abesse maluerunt; quam exclusione hac offendit. Atque hinc facile intelligitur: nullum inter electores reperiiri, qui non sit inter sex pristinos & originarios imperii duces. Quod satis est ad firmitudinem nostrorum argumēti. Pueriles enim atque vulgares de origine electorum opinione confutatione mea digna, non arbitror. Purgent isti doctores caput, id est temporum ac historiarum monumenta ante confulant expendantque ad ea, quae hic scripsi: quam sibi sapere in hac doctrina videantur. Bone Deus! misericordia nostrorum fabularum, quibus libelli nostrorum hodiensem factent.

*gii electorum concertationes & o-  
lim fuerint (b) & nunc sint (c),  
quae nullo etiam tempore exitum  
inuenient; cum quid disputetur,  
quid respondeatur, paucissimis ue-  
re*

*libelli de or-  
tu electorum  
• lim,*

(b) Innumeri fere autores sunt, qui disputando de hac materia, sibi in libellis suis mirum piacent. Tunc turbam doctorum, qui iuris publici se magistros credunt; interpres etiam praetereo in *auream bullam; instrumentum paes Welf-  
phalicae & capitulationes; neque historicos ultimorum seculorum numero;* cum plures sint, qui ex instituto hanc spartam exornant. *Onuphrii PANVINII lucubra-  
tiuncula fabulas excutit, neque attingit ueriora.* SCHARDIVS plus operishabet, quam salis. Utrumque iudicio ac industria uincit GEWOLDVS, sed partium studia hinc obsecrarunt. Idem de FREHERO dicendum. Utinam magni hi nisi sciuisserint, sed diversa, non contraria docere. *Bou-  
jouvae dux omni tempore elector  
fuit: idemque & Palatinus.* Sed dices, *otto* sic erunt electores, Regero, nouem arque decem, interdum plures fuisse. Sex prouinciarum duces & tres cancellarios, sarcosantifites. His quandoque Lo-

*tbaringiae interdum & Istriae du-  
ces; saepius etiam novos principes  
Austriacum, Brabantinum, aliasque  
accessisse, ui tamen ac fraude, ne-  
que stabili & cunctis agnito iure.  
Hoc lumine scriptores lege, quis-  
quis es, & sapies nobiscum aur, si  
manis, facies cum ueritate. CON-  
RINGII industria nunquam satis  
laudata est, sed hanc ille meram  
non attigit, quia Carolingica tem-  
pora, cum nofris; peregrinas res  
Italorum, cum patriis misceret, no-  
xio & intolerabili errore. Ceterorum fere nomina memoratu in-  
digna sunt, quibus satis est, huc-  
usque laudatos exscripsisse.*

(c) Miror hanc item post duo-  
rum seculorum concertationes  
nondum compositam esse. Sed plerie  
que alienis tantum oculis uident  
nesciuntque limites scientiae pro-  
ferre. Decus illud cultroris orbis  
meritoque suo polyhistor, LEIB-  
NITIUS rerum hucusque igna-  
ros erudire potest, quem teftem ac  
interpretom nostri dignatis hic  
laudamus,

hoeisque  
editi.

re constet [d]: in id tamen omnes  
con-

dissolutio du-  
biorum de  
electoribus  
S. R. I.

[d] Qui mea doctrina animum  
bene imbuat, ei non difficile erit,  
ad conciliandum, dissoluendum,  
respondendum, opiniones, dubita-  
tiones quaestionesque, in hac lite  
moras. Exemplis id docebo, util-  
la in calamum uenient. *Electores*  
quo tempore instituti? Responso,  
uerbum ambiguū sensus est. Aut  
enim ius, *praetrandi* de elec-  
tione, notat, cuius origo se prodiit ex-  
tincte Carolingorum stirpe in Ger-  
mania; quia cum pristina patria  
forma rediit, TACITO descri-  
pta cap. II. de moribus Germ. de  
minoribus rebus PRINCIPES (iudicem  
qui electores §. 4. p. 43. 44.)  
de maioribus omnes. Itatamen, ut  
ea quoque, quorum penes plebem ar-  
bitrium est, apud principes [electo-  
res] PRAETRACTEN TVR  
[prætaxentur, quod verbum scri-  
ptorum mediæ aëi est §. VI. lit. a.] Aut uox electoris eam quim habet, ut  
exclusi reliquie, apud primarios  
tantum principes sit, imperatorem  
eligendi. Atque hoc uel moribus  
factum est, uel lege. Illud pede-  
tentim accidit, nouis partim prin-  
cipibus, quod a PRAETRA-  
CTANDI iure per antiquos illos  
& primarios duces excluderentur,  
[§. 3. p. 27. §. 4. p. 43.] dissi-  
diorum taedio & cause desperatione,  
extra comitiorum castra emanenti-  
bus; partim quod & reliquie po-

pulus minus frequenter ad comitia  
ueniret. Qui enim sub primariis du-  
cibus fuerat, uitandæ aemulationis  
causa, absuit; qui uero in ditione  
nouorum principum uixere, iphis  
principibus de iure suo remitten-  
tibus, non absque dedecore quo-  
dam comitiis sine due & capite  
interfuissent. Sensim ergo pristi-  
nas consuetudinis mutatio facta,  
quae a tempore diuulorum in Ger-  
mania principatum, id est Cun-  
radi III. & Friderici I. aeuo in hi-  
storia obseruatur. Usque dum Ca-  
rolus IV. primus esset, qui rem,  
haecenius disputatam, in gratiam an-  
tiquorum principum, ut par erat,  
publica sanctione definieret. Haec  
causa est, quare alii ortus electorum  
ad tempora Ottonum recipliant,  
& cum in ea opinione illi sint,  
Saxones iure sanguinis, non suffra-  
giis procerum imperio successisse,  
Ottoni III. institutum allegent.  
Atque hi ueri sunt, *praetrandam*  
di iure electoris facultatem defini-  
unt, imo tum uetusiora eius tem-  
pora largimur. Alli uero, qui ea  
lectores in Friderico I. demum re-  
periunt, de moribus intelligendi  
sunt; non extra item positis. In-  
de est, quod identidem recentio-  
res eriam principes, conuentibus  
eligendi causa institutis interfu-  
scritoribus memorentur. Haec  
lege ac tene & uoluminibus te fi-  
denter

consentient, principio statim, quantopere etiam in eo uarent, Brandenburgicum marchionem, in electorum classe constitutum repe-  
riri [e]. Imo, si ueterimis scripto-  
ribus

denter committe, tanto apparatu  
scriptis. Sponsum, te hoc A-  
riadnae sydere ex labyrintho op-  
nionum & dubitationum easurum  
esse, in quo alii ostia uident, sed ex-  
tum non adiuuent.

Brandenburgensis Marchio-  
nis principio statim in-  
ter electores. (9) Reustum Chrysophori GE-  
WOLDI iudicium est, quod cap. 12.  
p. 771. de septeniaratu his uersibus  
prodit: de marchiae Brandenburgen-  
sis electoribus, quibus a primaene-

septeniaralis ordinis institutione per  
diversas quamvis familias, dignitas  
ista electoralis citra ullam contra-  
dictionem competit, atque etiam unum  
sarta testa competit, tamquam d're  
clara & quea nunquam in controuer-  
siam vocata fuit, nihil hic opus est,  
multa dicere. Evidem Onuphrius  
PANVINIUS cap. 6. duobus  
locis §. 2. p. 86. & §. 21. p. iii. rui-  
rum est, dicit, Brandenburgici &  
Palatini ad Rhenum mentionem  
non haberi in plurimis imperii co-  
mitiis. Albertus KRANTZIVS  
etiam lib. II. Vandaliae cap. 15. p. 63.  
putat, se uix intelligere, qua de-

mum causa factum sit, ut Otto III.  
electoram Brandenburgensi marchio-  
ni dederit, praeteritis Francorum;  
Suevorum; Boiorum praeotentibus  
ducibus. Sed dubitationes hac nul-  
lius momenti sunt lectori, mea do-  
ctrina ex superioribus eruditio. Nam  
aliud est facultate, eligendi impe-  
ratorem gaudere: aliud est hoc iu-  
re interdum non uti, quoties Sla-  
uorum uicinorum irruptiones &  
domesticae turbae marchionum  
praeuentiam postularunt, ut pro-  
uincia sua exire atque absesse nequi-  
rent. Deinde falso eximuntur num-  
ero electorum, antiquioris signi-  
ficatus Francorum; Boiorum; Sue-  
vorum duces: hos enim singulos  
negotium electionis praetractauis-  
se, & ratio uult, §. 6. lit. a. prodita,  
& historiorum ibi monumenta re-  
stantur. Verum Boioriae Palati-  
nacu Rheni adiuncto, duo electo-  
ratus in unum uersi; Francoriae  
autem & Sueviae ducatus cum mor-  
te Cunradini expirarunt atque  
cum his quoque iura electoratus.

Qui

ribus nulloque partium studio corruptis (f) fides est: si que auctoritas

## H pro-

Qui enim in utriusque loca successu sibi uidentur, iuniorum principum catalogo accensiti sunt, neque agniti unquam a veteranis collegae. Frustra itaque fuit adseriones Georgii SABINI in *bifloria Hugo-nis* p. 69. Hugo diem obiit cxi. quo quidem anno principes imperii electores constituti sunt. Unde nerisimile est, bunc ipsum Hugonem fuisse primum ex marchionibus electorem, aut effe*cif*e apud Ostrom, ut marchiones Brandenburgenses electoribus annumerentur. Quem vulgares chronographi sequuntur. Nihil fere melior C. RINGIVS, qui *dissert. de Officialebus imperii* §. 15. p. 159. ad Alber-tum ursum hic respicit, atque hunc primum censem electorem fuisse. Quid enim uerbum electoris uelit, ipse definire nescit, ad nostram dærinam §. lit. a. & d. explicandus. Id certo demonitraſſe, nobis fatis est principio statim Brandenburgicum marchionem inter primarios imperii principes fuisse, propreterea que de eligendo imperatore cum aliis sui generis praeterea auſſe. Hisce enim solis omne postea momen-tum Caſareac electionis obuenisse, nouioribus exclusis, §. 6. lit. a. & d. plene expositum esse, reperiatur.

(f) Quid de praefantia principum in monumentis antiquorum seculorum iudicem §. 5. lit. r. s. fatis prodidi luculentem. Hic loci *xari' avθεστον* scribo atq; ita arguo. Aut electores habent praefantiae ordinem, aut non habent: non habent; fruſtra disputatur, quis pri-mus aut ultimus sit; si habent, *primarius locus* debitur *Brandenburgico electori*. Omnes doctores fatentur, non uetus iore collegii electorum haec tenus memoriam extare, quam apud *Martinum POLONVM*, scriptorem circa annum 1250. Ait is ad annum 986. p. m. 173. electo-res hoc ordine recitat: *licet iſi tres Ottones per successionem generis regnauerint: tamen poſtea fuit iuſtitutum, ut per officiales imperii imperator eligeretur*. Qui sunt septem, uidelicet primo tres *CANCELLARI* iſi Maguntinenſis, Treverenſis, Colonenſis: *MARCHIO BRANDEBURGENSIS* Camerarius eſt; *Palatinus dapifer*; *dux Saxoniae en-jem portat*; *rex Bochemus pincerna-mag* r. Eodem disponit ordine elec-tores *Iob. Bapt. PLATINA* in vita Gregorii V. p. m. 142. fide & auctoritate PTOLEMAEI scriptoris feculi XII. qui ait: *Eccleſiasticis additiſſimis & quatuor prin-cipes*

probat, quam publicae alias tabulae  
& diplomata in iure merentur [g]:

Bran-

cipes, MARCHIO BRANDEBVRGENSIS, imperatoris post electionem Camerarius; comes Palatinus, qui dapes; dux Saxonie, qui ensim fert. Eundem etiam retinet Iohannes le CIRIER de primogenitura lib. II. q. n. n. 26. p. 18. qui extat volumine VIII. tractatus tractatum. Celebris etiam Iohannes seculi XIV. Bartholom. SALICETVS ad l. 12. C. de LL. & Consit. hanc seriem sequitur est: electionum imperatoris sunt certi, uidelicet, post facili ordinis electores MARCHIO BRANDEBVRGENSIS, qui est praepositus Cameræ imperatoris; dux Saxonie, qui est portator ensis; Palatinus & quæ reliqua sunt. Habent eandem & Lancellotus Andr. LAVDENSIS in templo omnium iudicium lib. I. c. 1. §. 2. p. 12. SABELLICVS Enneade LX. lib. I.p. 340. Chronicon NORIBERGENSE, inter uetusissima, quæ in uernacula prodierunt, 1464. p. 184. ita eodem recitat: Dis sind des Reichs Churfürsten. Nemlich die drey Erz-Bischöfe zu Mainz / Trier und Köln. Item Marggraf zu BRUNNENDEBVG; Pfalzgraf; Herzog w Sachsen; König zu Böhmen. Primas nostro non minus tribuit Iacobus Phil. BERGOMAS Lib. XII. Chron. p. m. 204. his uerbis: imperatoris eligendi auctoritatem ha-

bent quatuor: BRANDEBVRGENSIS Marchio; Palatinus comes, Saxoniaque dux. Addere his possem Antonium BONFINIUM Rer. Hungar. Decad. I. 10. p. 405. atque alios plures; sed nolo præter causam prolixus esse.

(g) Omnen prorsus dubitacionem DIPLOMA plenae fidei tollit, ipsorum electorum calamo exaratum an. 1500. In eo enim Woldomarus marchio BRANDEBVRGENSIS locum ante Iohannem Saxoniarum ducent tener, quamvis utrumque epistola haec scriptorem habeat, arque argumentum Caefareæ electionis. Uerba literarum haec sunt. In nomine domini, amen. Sanctissimo ac beatissimo in Christo patri ad dominum, domino sacrofæcione Romanae Ecclesiae summo pontifici futuro. Balduinus Dei & Apollonicae sedis gratia TREVERENSIS Ecclesiae Archiepiscopus, sacri imperii per Galliam cancellarius; Iohannes dei gratia BOHEMIAE & Poloniae rex; Wolde-marus marchio BRANDEBVRGENSIS; ac Iohannes dux Saxonie, senior, humiles ac deuoti cum omni reverentia deuotissima pedum oscula beatorum. Et quæ sequuntur deinceps. Atque ipsa præmulationis formula eundem ordinem dat, quo Ludouicum Bauarum Cae-

Ipsi electores  
Brandenburgico in di-  
plomatibus  
primas olim  
dederunt.

*Brandenburgensis inter quosque ci-  
uulis ordinis electores PRIMARIUS  
fuit, principemque locum habuit  
ante Palatinum atque Saxonem.  
Quam praestantiam cum exteri, at-  
que in primis Italici doctores nostro  
tribuant, ad pristinos quoque cere-  
moniarum codices, supremo pon-*

H 2 tifi-

Caesarem electum esse, intelligi-  
mus. Talis autem ea est: Nos  
Balduinus TREVIRENSIS Ar-  
chiepiscopus pro nobis & nomine no-  
stro; praefatus uero dominus Pe-  
trus Archiepiscopus MOGVNTI-  
NVS pro se & nomine suo; nos  
uero Iohannes Bohemiae & Poloniae  
rex; Woladomarus marchio BRAN-  
DEBURGENSIS; Iohannes dux  
SAXONIAE praedicti, quilibet  
nosterum pro se & nomine suo uotis  
nostris praesentes, ius totale ea vice  
in electione habentes, consensimur con-  
corditer in eundem dominum Ludouicu-  
m, & ipsius nominis uimus regem  
in imperatorem premouendum,  
cetera. Datum apud Franckenauor  
decimo Calend. Novembr. anno domini  
cccciiii. Per magni fieri debet  
hoc documentum, quod ex archi-  
uo ducis Boioariae edidit Christo-

phorus GEWOLDVS de septem-  
uiratu §. 37. p. m. 67. partim,  
quod ipsos electores testes habeant,  
quo illi loco Brandenburgensem col-  
legam suum stare, uelint; partim  
quod paulo ante A. B. scriptum sit,  
idoneo testimonio, eosque Bran-  
deburgicum nulli electorum loco  
ac ordine quidquam concessisse.  
Congruunt his sacrae ceremonia-  
rum leges, quas orbi Christiano  
quondam dederat pontifex Roma-  
nus. Caesar BARONIVS, cui nulla  
Romae Iurinia inaccessa fuerunt,  
idoneus nobis testis est. Ille enim  
anno X. annual. ad an. 996. n. 43. p.  
1048. ad ordinem thefauri Varica-  
ni, reliquis quoque electoribus  
Brandeburgicum loco anteponere  
uideratur. Verum satis de his, quae  
ad hypotheses magis aliorum, quam  
meas doctrinas disputata fuerunt.

tifici sacerdos, haud dubie licuerit prouocare (h): ut mirum non sit, ingenuos auctores in causa haere-re, qua ipsi demum primus cum infimo loco fuerit permutatus (i). Ce-

Ceremoniale  
Pontificis  
Romani.

(h) Utinam copia mihi esset eius generis libri, qui ad nos tro homines, valde raro solent peruenire. Sacra enim ceremoniarum iura inter arcana sapientiae transalpinae atque in Pontificis thesauro iis cimeliis accensentur, quae profanam haereticum manum fugere solent. Ceremoniarum in aula Porusiae regis magister supremus, ut ingenem cuiusvis generis solemnum adparatum habet, ex uniuersae Europae angulis congettum: ita quoque Pontificii ceremonialis aliquot codices atque inter hos manu tantum exarata, neque dum typis exscripta duo uolumina habet, quorum in hac dubitatione interim li-  
cuerit prouocare.

Hodie quis  
locus archi-  
camerario?

(i) Non ex suo forte ingenio, sed iudicio medii aeuī scribit Petrus OPMEERVS in Chronographia p. 627. Trium Germaniae nationum principibus cura demandata electionis. Rheni Palatinus Francorum nomine eligit; marchio BRANDEBVRGENSIS V&N-

DALORVM; dux Saxoniae Ci-  
salbinorum. Qui cum recentior sit, praeteriri non debet. Docet forte, peregrinos scriptores a pristino e-  
lectorum ordine desuefieri non posse, quin Brandenburgicum aliis electoribus anteferrent. Inde BEV-  
THERVS animaduersi historicar.  
c. XIII. n. 37. putat, Carolam ele-  
ctorum mutasse ac constituisse, us  
Palatinus, inter electores Politicos  
antea ultimus, nunc primus: BRAN-  
DEBVRGICVS nero olim PRIMVS,  
nunc ultimus esset. In quo scriptor,  
quantiuis pretii, si alias sit, haud-  
quaquam fallitur, si certum ac de-  
finitum ordinem electores, quod,  
praeter me, alii credunt, unquam  
habuerunt, isque et diplomatum or-  
dine sit descendens. Ut nempe ex elec-  
tionis decreto, quod Georg. HER-  
WARDVS recitat in defensione  
Lud. IV. part. I. p. 10. annoque  
1314. scriptum est, concludunt  
pro Bohemiae rege auctores, GOL-  
DASTO nominati lib. III. de regno  
Bohem. c. 6. p. 305. Quare non habet  
LI.

Ceterum quas nenias alii de *archicomite* [1] Brandenburgensi proferunt, inter deliria consenescientis seculi referri merentur.

**§. VII. Officii munus supremi  
in imperio CAMERARII [a], fir-**

H 3 mis-

IV. ab offici  
munere fu-  
premi CA-  
MERARIL.

LIMNAEVS lib. III. cap. II. n. 9.  
quod feriunt, quam speculi Saxonici  
auctor sequitur, hic opponat:  
neque *Iustus Simoldus SCHVZI-  
VS*, quod exercitat. VII. thes. 23.  
p. 567. huic argumento adplaudat.  
Auctoritates enim auctoritatibus  
opponuntur, &c. me iudice id col-  
ligitur, *praecedentiae* iura tenui ar-  
gumentorum filo pendere, id est,  
eandem omnibus dignitatem, eun-  
dem ordinem semper fuisse.

De archico-  
mitibus, no-  
uo Germani-  
iae porten-  
to.

(1) *Henricus Guntherus THV-  
LEMARIVS* cap. XVII. n. 14.  
p. 221. de nostro electore ait, hic  
*ARCHICOMES* vocatur. Sed  
pudet, fordidi poetae atque homini-  
nis rerum prorsus ignari auctorita-  
tate stare uelle. *Henricum A-  
QVILONIPOLENSEM* hic  
arguo, qui in carmine, purido di-  
cendi genere scripto, *de primordiis*  
*urbis Lubecanae* lib. II. cap. 8. p.  
615. editionis *Meibomianae* verba  
sic torquet: *Albertus Brandenbergi-*

*cus archicomes.* Sed quaeſo, quid  
neniae priuat scriptroris, inter  
publica imperii nostri iura? Indi-  
cia de ceteris ineptis huius poe-  
taſtri collegit uir industrius ac cru-  
ditus *Iob. MOLLERVS* in *bibliotheca septentrionis* cap. 6. §. 18.  
pag. 92.

(a) Licit Romanorum aequa ac inter palatinæ  
Gracorum imperatoribus praeter officia munus  
quatuor munera auguſtæ domus, et CAMERA-  
RII. *aliam plura fuerint, quod exli-*

*bris CODINI*, & qui hunc ex-  
plicat ac supplet, *GV THERII*  
arque *NOTITIA IMPERII*  
*PANCIROLLI* licet intellige-  
re: moribus tamen Germanorum  
quatuor *palatina officia* & solennia  
& præcipua fuisse, primariis regni  
proceribus delata, in antiquis scri-  
ptrorum ac literarum monumentis  
traditum reperimus. De Franci-  
co imperio *HINCMARVS* e-  
pist. III. cap. 16. p. 27. ait: *post eos,*  
*cancellarios scilicet, sacrum palat-*

riam

tium per hos ministros disponebatur. Per CAMERARIVM uidelicet; comitem PALATII; Senescalcam BVTICVLARIVM, id est pincernam; COMITEM STABVL, nobis mareschallum; Mansio-narium; Venerates principales qua-tuor; Falconarium. Dices ergo non quatuor, sed oculo hunc Palatina officia numerare. Verum aliter Germanico imperio placuit: nu-merum scilicet contrahere. Testatur hoc WITTEKINDVS ad annum 936. Lothariorum dux Giselbertus omnia procurabat (id est CAMERARIJ munus ob-jebat, cui ex HINCMARI alio loco, cap. XXII. p. 31. prodito, omnia uniuersim in palatio procu-randa fuere, quod pluribus etiam docet Carolus de FRESNE Tom. I. glossarii p. 702.) Eberardus men-sae praerat, DAPIFERVM ha-bes, Hermannus Francio, PIN-CERNA; Arnulfus equestris ordini praerat, quod MARESCHAL-LI. Eodem eos numero DITHMARVS lib IV. Chronic Merseburg. p. 160. recenset: celebrata solemni-tas in Quedlenburg a rege, ubi QUA-TVOR ministabant duces Henricus ad MENSAM; Conradus ad CAMERAM; Hezil ad CEL-LARIAM; Bernhardus EQVIS praefuit. Sufficiant haec. Alia plura ante nos congesserunt GOL-DASTVS de regno Bohem. lib. III. c. 8. p. 317. LEHMAN NUS in Chronic Spirensi; FREHERVS & GEWOLDVS in lite de Se-ptemviratu; MALLINCROTI-VS de Archibancellariis; SPAN-

HEMIVS in causa uicariatus, CONRINGIVS de officialibus imperii; THVLEMARIVS de octouiratu; nouissimus fere est WAGENSEILIVS, qui scrip-tor sub exitum anni praeeriti ma-gna orientalium litterarum iau-stura obiit. Scriptum enim de Ar-chiofficialibus testatur, uirum hunc plus opere in illis, quam in Ger-maniae, medii praesertim aeu-i documentis posuisse. Idem fere iudicium meretur FREINSHE-MIVS in libro pro electorum praef-stantia scripto. Quare autem nu-merus in Germanico imperio contra-est sit: io ex grauissimis causis uideatur euensis. Mansionarii enim munere simul fungitur mareschal-lus. IMPERII autem VENA-TORES & FALCONARI-OS, eodem, quo Carolini iure, neque Ottones confidere poter-ant neque posteri eorum. Quoniam uenationes, quæ Carolingo-rum fuerant, eorum stirpe extin-ta, territorii, id est, principum iuribus accessere. Ut adeo nomen rei parum congruum fuisse, uena-tionibus imperii defitui & creare tamen imperii uenatores. Qui enim postea numerantur architecti; pi-secatores; uenatores imperii; qui cum aliis pluribus recententur in disser-tationibus imperii uenatores.

Quare hodie  
non plura,  
quam que-  
nuer.

Recht des General-Erb-Pot-  
ests §. 2. p. 3. Cuncta illa no-mina uel Caesaris domanum res-pe-xerunt: uel praeter rem data sunt, ad meram pristinae imperii formae aemulationem.

missima iterum noui argumenti  
conclusio est; pro ordinis primarii  
principatu (b). Evidem pror-  
sus

*Archiofficium* (b) Intolerabiles hic iterum trahent non-  
cae sunt, quibus doctores huius ar-  
nisi primarii gumenti filum inuestunt inuol-  
ordinis primi unntque. Id quidem omnes volunt,  
cipes: non *archiofficia imperii* non reperi-  
tamen pro-  
pterea om-  
nis archiofficii  
ialis est ele-  
ctor.

in solenni Caesaris progressu ensim  
praerulisse; aulaeque officiis alii  
fuisse defunctos: in praecedente  
notula allegati scriptores ex coac-  
uis monumentis testantur. Af-  
num extraneis propter regibus  
locus fuit inter principes electores.  
Haudquaquam puto. In arcana e-  
nim principum imperii consilia ex-  
teros reges admettere, Germani-  
ci imperii saluti mafestatique obes-  
se, uidebar. Caesaris tamen pro-  
cerumque solennes progressus, con-  
fessus item coniuiaque regum ho-  
spitum praesentia cohonestari, inter  
argumenta fuerat dignitatis & am-  
plitudinis Germanici imperii, ubi  
Pristini Romani aemulationem, ubi  
Augustum, curru uectum, osto  
quandoque reges cundo comitati  
sunt. Imo, nisi prorsus fallor, Caesar  
in singulis conuentibus novos prin-

cipes nominauit ad *archiofficiorum*  
munera obeunda, ut adeo neque  
ad dies uitae neque uni perpetuo  
genti, ex collata fuisse, existima-  
uerim. Atque haec causa est, qua-  
re ab Archiofficio ad *electoratum*  
nulla conclusio. Et uero speculi  
auctor dicit: *Bohemus non eligit,*  
*guta non est Germanus;* *Archiofficium*  
enim honor neque ei, neque aliis  
regibus exteris disputatus est, quo-  
ties cum Caesar deculit purpuratis:  
*fede* *Caesaria,* quae dicuntur, iura  
ab imperio penderunt, quod *Bohe-  
mum,* singulari causa, primo in *sub-  
sidium,* si in suffragiorum numero  
conuenire non poterant, post uero  
orani casu ad *electionem* imperatoris  
admisit. Qui capropter hodiernum  
neque condenda capitulationi inter-  
est, nisi in illis *articalis*, qui de e-  
lectione ac coronatione agunt; ne-  
que ad ceteros electorum conuentus  
requiri adsolet, cum priuilegium,  
quo elector est, stricti iuriis esse ui-  
deatur. Quod qui scunt, illis non  
difficile est, ad dubitationes dissol-  
nendas, quas doctores hic agitare  
solent. Ceterum id satis manife-  
stum est, post *reges* & primarii or-  
dinis *principes* recentiores alias hoc

sus hic a doctoribus abeo, qui, imperii *septemuiros*, archiofficii causa, ut loquuntur, non prouinciae iure, Caesarem eligere, existimant (c): neque tamen alium ullum, quam singularis prouinciae ducem, id munus unquam sustinere potuisse, & ipsi largiuntur & omni aevo (d) constat. Itaque si

lu-

munere indignos semper existimatissuisse. Quae enim quidam eorum sibi & olim adrogant & adrogant hodiendum: illa, quod praecedente loco scripti, non in numero imperii archiofficiorum haberi posse, videntur. Satis itaque nobis est, solum argumenti cohaerere ad primarii ordinis principem ab archiofficiali.

S. R. I.

Utrum ab archiofficiis prouenerint electoratus? (c) Sane omnia mihi loca illorum suspecta videntur, ubi formula habetur: *Saxo eligit: quia mareballus*. Neque enim omnis quondam archiofficialis elector fuit, quod praecedenti animadversione probauit: neque omnis elector Archiofficialis, uredictum est p. 63. lit. b. Superset igitur, ut doctrina nostra repetatur c. p. 53. lit. a. ex quo loco satis manifestum est, *primam ele-*

*ctorum originem a primariorum principatum iuribus, neque aliquando prouenisse. Prudenter Hannoveranus atque ad pristinas imperii rationes facit, qui motam de archiofficio item declinat, salua no-*

*uemiratus auctoritate.*

(d) Superior in hac eadem paragrapho lit. b. p. 63. satis hoc fuit focialis non expeditum. Sed ex illo ipso loco sit, nisi qui & hic obiiciens ad archiofficii munus non opus esse dignitate electoris, quod extranei reges illud sustinuisse, reperiantur. Verum exempla haec ita intelligenda sunt, ut electori maiorem non uero minorem ea dignitate principem ad archiofficium capessendum habilem fuisse, existimemus. Alios scrupulos existit. §. 7. lit. a.

luculenter expeditum est, *Cameralii* prouinciam, omnibus ceteris  
longe praestantiorem (e), penes  
BRANDEBURGICOS MARCHIONES

I

NES

Praefstantia (e) Camerarii munus inter palanquineris su-tina quaeque praefitissi, omnes premi came-rum rerum gnari fatebuntur. Volutu hoc

rarii.

& amplitudo eius, & res maximi momenti, quae Camerario creditae fuerunt. Ille regni *diadema*, purpura-m, coronam, sceptrum & sym-bola pretiosissima alia custodiit, cuius propterea insigne, regis *sceptrum*: ille nuntios & cuiusvis generis le-gatos exceptit &, acceſſu apud re-gem facto, iterum dimisit, inde & clauem gesit aulae cubiculorum: ille, quod perpetuo a principiis la-tore effet, arcanorum regis consciens fuit: imo, quae insignis momen-ti fuerant, rex cum illo ante praef-tractauit, quam alii officiales in conſilium adhiberentur: uniuersae aulas decus ac ordo summatum ab illius cura ac instituto peperdit: ille pro salute regis, oblatione, commodis diu noſtque uigiliis e-git: reddituum quoque regalium il-le supremus curator fuit. Ita li-mites spartae camerarii ponuntur:

HINCMARVS; Gregorius TV-RONENSIS; OKAMVS, plu-resque, quorum loca ante me a-

lii congeſſerunt. Obiter noto, quod iuri publici quidam doctores fint, qui, cum regalis theſauri cu-ram penes camerarium fuſſe ui-deant, claris enim uerbis *QVAE-STOREM* imperii Brandenburgi-cum dicit *SABELLICVS Ennead. IX. lib. II. p. 340. edit. Lugdun.* ual-de propterea mirentur, permisſe in Westphalica pacificatione *Brandeburgicos*; nouum Archibesauriaris munus institui & Malatino deferriri. Sed is semper fuit genius Brandenburgiacae gentis, ut publicis com-modis sua postponat. Arque haec camerarii muneris amplitudo ac praefstantia cum scriptoribus satis confessa sit; nemo esse poterit, qui de causa dubitet, quare *camerarius* imperii inter reliquos officiales omnes primas tenuerit, atque *principem locum* occupauerit. Hoc e-nim ordine classes archiofficialium infirunt *Hinmarus*; *Wittekindus*; *Dithmarus*, quorum uerba §. 7. lit. a. & f. p. 57. exscripta sunt, qui Archicamerario *supremum* locum tribuere, uidentur. Conferri etiam possunt, *Lancellotus Andreas LAVDEN-*

NES sex abhinc seculis stetisse,  
in tantam enim aetatem historiarum monumenta adsurgunt (f):  
id

DENSIS in templo omniam iudicium Lib. I. c. 1. §. 4. p. 74. & C. BAR-  
THIVS lib. 10. 41. aduerso. 15. qui pro  
loco archicamerarii primario plura  
alia adducunt. Has antiqui imperii  
rationes, ut Brandenburgici quoniam  
electores fecere, ita nunc Por-  
rusiae quoque regis aula imitatur:  
nbi camerarii munus supremum in-  
ter officiales quoque honoris fasti-  
gium, id est, proximum a regia  
domo locum habere, uel e ceremoni-  
ali constat, ante annum, regis  
iussu, promulgato. Quod idem  
cum Saxonici quoque electores fa-  
ciant marescallum omnibus aulacis  
administris preeferendo, non qui-  
dem pari cum nostris iure, ut illo  
unquam tempore marescalli archiofficio-  
nium reliquis cunctis praestitisse  
existimat: sed hac forte causa,  
quod nullum inter ipsos imperii ar-  
chiofficiales praestantiae ordinem fu-  
isse, credant. Quod nos de electo-  
ribus §. 5. lit. t. p. 49. & §. 6. lit. f.  
p. 57. adserum iuimus.

*Archicamerarii munus  
quot seculis  
reperiatur  
penes mar-  
chiones  
Brandenburgi-*

*603?*

(f) Archiofficia imperii neque  
tempore Ottonum, neque diu post  
hereditaria fuisse, verum solenni  
quoque conuentu ab imperatore pro-  
arbitrio inter reges aut primarios  
imperii principes distributa, §. 7. lit.

b. p. 63. plenius exposui. Inde Ar-  
chicamerarium imperii quondam e-  
git dux Lotharingiae; egit eundem  
Sueviae ac Franciae, quod §.  
7. lit. a. p. 61. oftensum; egerunt  
forte illi etiam reges aut duces, quo  
rum nomina nunc mihi non occur-  
runt. Veterissimam memoriam,  
qua inter archiofficiales Brandenburgi-  
cicos reperitur, nobis seruanit AR-  
NOLDVS Labeensis ad annum  
1182. lib. III. c. 9. p. 319. ubi his uesti-  
bis scribit: Fridericus imperator e-  
dit curiam famosissimam & cele-  
berrimam apud Maguntiam, qua  
celebrata est in pentecoste, anno uerbi  
incarnationis MCLXXXII. ut filium  
suum Henricum regem, mil-  
item crearet & gladium militiae super-  
semur eius potensissimum accingeret.  
Officium dapiferi, pincernae, came-  
varii, marescalli non nisi reges, uel du-  
ces, aut MARCHIONES ad-  
ministrabant. Sed hunc marchionem  
BRANDEBURGICVM fuisse,  
nemo unquam dubitauit. Atque  
eo minus ambigere hic licet, quo  
clarior est locus Ortonis de S. BLA-  
SIO, qui cap. 26. chronici p. 210.  
sigillatim memorat, DVCEM  
SLAVORVM, id est Brandenburgi-

gicum

id sane dubitationem nullam habet, marchiam nostram ex hoc etiam tempore principem in Germania ducatum effecisse. Verum illa institutio, qua uel archiofficiorum,

I 2 uel

gicum marchionem isti conuentu adfuisse. Qui alii tum reges ac principes munere hoc defuncti sunt, eorum nomina euoluti *Carolus Ludeo. TOLNERVS Histor. Palat. cap. 6. p. 171.* Circa idem fere tempus literas ALEXANDRI Pontificis habet *Goldasbus Constitution. imperiali tom. II. p. 355.* ubi haec uerba reperiuntur: *De mandato filii nostri Friderici, illustris Romanorum imperatoris, filius marchionis Brandenburgici Alberti, vir nobilis magnus & potens & CAMERARIVS ipso imperatoris, & principes regni Teutonicici iuramentum praefitterunt.* Atque ex eo fere tempore testisimum est, *Arbicamerarii munus perpetuo atque gentilitio iure in Brandenburgica domo perseverauisse.* ANONYMVS scriptor Erpolli Lindenbrogi ad ann. 1240 p. II. eos enumerae archiofficiales, qui nobis sunt hodiendum; *Palatinus rheni* eligit, quia dapifer est; *dux Saxoniae*, quia mareschalcus; *magnatus BRANDEBVRGENSIS*, quia CAMERARIVS: rex Bohemiae, quia pincerna est, non eli-

git, quia Teutonicus non est. Eadem prorsus uerba repetit ad eundem annum 1240. *Albertus STADEN-SIS p. m. 215.* Proxime ante interregnum in electione in primis *Wilhelmi*, Hollandiae comitis, Brandenburgicum marchionem & electoris & archiofficialis, supremi scilicet camerarii muneri functum esse, omnium scriptorum fide constat. ANONYMVS magni chronicus Belgij p. 245. *Renerus SNOIVS lib. VII. in Wilhelmo p. 90.* *Iohannes de BEKA in Chron. Ultraiegi. p. m. 68.* in Ottone tertio episcopo. *Iohannes a LEIDIS Carmelitanus lib. XXIII. cap. 9. p. 200.* TRI-THEMIVS in *Chronico Hirsaugieni* adh. a. taceo alios, in tanto omnium scriptorum concentrum. *Marchio*, aiunt, Brandenburgiae, regis CAMERARIVS, annulum imperatori tradidit, dicens: *accipe signaculum monarchiae & Romanorum imperium in suo uigore conserues, ab incursum barbarorum.* Uicinum haud dubie hostem Slavorum populum uult, cuius hoc sermone Caesarem admonet.

uel electoralium munera nomina  
ceteris principum titulis, publico  
curiarum usu, adscripta sunt, tardior  
longe cum nostris, tūaliis omnibus  
[g] fuit. Neque enim archicamer-  
ri uerbum ante annum CCCCCXL.  
[h] &, uicennio demum post, ele-  
cto.

In principum (g) MONZAMBANO, sub  
titulis quo nomine scriptor Pufendorfius  
tempore ad latera aucto*Carolus Ludouicus*, prin-  
cipi hiberi ceptae ceps elector *Palatinus*, cap. 4. §. 3.  
stat uoces, sub fin. putat: a tempore A. Bullae  
elector & ar-principes demum nomini suo titulum  
etiofficialis: electoris adicere ampliorique quam  
reliqui dignatione aestimari coepi-  
se. Ultimum miror, quod princeps elector sibi ac suis collegis  
pessime consuluerit, praerogativa-  
rum pras iunioribus principibus  
initia querendo in A. B. Uetu-  
storum temporum & honorifica  
magis principia docuimus §. 6. p.  
33. lit. a. & genuini ad hoc dogma  
fontes aperti sunt p. 26. 32. & p. 42.  
maxime lit. l. Primum autem, quod  
habet, expositione hac indiger, iam  
ante auream bullam primarios prin-  
cipes in diplomatisbus sua archoffici-  
a nominasse: uerum post eam uo-  
com demum adhibuisse electoris.

(h) Woldomarum, marchio-  
nem Brandenburgicum in hoc argu-  
mento primum reperio. Equidem pore primum  
in ipse plura etiam diplomatice edidit, reperiatur in  
quibus nulla archicamerarii mu-  
tatio occurrit mentio: *Wir Wol- deburgici  
demar von der Gnade Godes Margr  
grave zu Brandeborch und to Lu-  
sitz. & quac sequuntur. To eyne  
Orfunde besser vorbeschreven Den-  
ge / hebbe wy deßen Breff gegeven  
vorngesegelt mit unserm Insigle;*  
*dat is geschyn up den Belde to  
Bucow / na de Bort Godes/ dasend  
Jar / dribunder Jar / in den vier-  
teynten Jar / des negesten Mid-  
bewerken / vor Sunthe Thomas  
Taghe.* Verum ab anno 1349. alia  
extant, quae Archicamerarii uer-  
bum adscriptum habent nomini  
marchionis. *Wir Wolsbemar von Gos-  
tis Gnaden Margrave zu Brans-  
deburgh und des H. R. Reichs  
Ubris.*

*ctoris [i] uocabulum in diploma-*

I 3 ti-

ubrisiter Kammerer. Bekennen  
öffentliche an diesem beginnwartigen  
Briefe ic. der do gegeben ist nach  
Gots Geburt vierzehnhundert und  
darnach in den nun und vierzigsten  
Jare zu den Berlyn in der  
Stadt. In den Dinstage nach den  
heiligen Aposteln Tage Sent Phis-  
lipps und Sente Jacobs. Idem  
mos postea confitante seruatus est,  
marchionatu imprimis ad Boicam  
stirpem deuoluto. Anno 1331. li-  
bellus ita scriptus reperitur. Wi-  
Ludwig von Gots Gnaden Marg-  
graff zu Brandenburg und zu Lus-  
siez; des heiligen Römischen  
Reichs obirster Kammerer;  
Mallanzgraff by Nyne; Herzog in  
Beyren und in Keerten; Graff zu  
Tyrol und zu Gobrez und Vogt der  
Gotteshauser Aglei/ Trent und tu-  
Bripen /bekennen vor uns & quae-  
reliqua sunt. Finis eius est, des-  
habe wir unser Ingessigel an dessen  
Brief gehangen. Der gegeben ist  
zu Stendel nach Godes Geburh  
vierzehnhundert Jar dar na in den  
epon und fünfzigsten Jare am sent  
Clementis Tage. Omnes plures  
nominare cum exinde in mores  
iuerit, archicamerarii uerbum cete-  
ris marchionum nominibus titulis-  
que constanter adscribi.

*Electoris uer-  
bum quando* (i) Archioffici genus titulo  
principum adponi coepisse ante A.

B. expositum est in praecedentibus, adhiberi ce-  
Sed nullius diplomatis memini, ptum fuerit  
quod A. B. aeratem supererat atque in titulo  
nomini principis archiofficialis ad Brandebur-  
scriptum quoque habeat uerbum e- gici marchi-  
lectoris. Anno 1377. demum oc- onis? 1377.  
currit instrumentum Caroli IV. ubi  
inter alios testes subscriptor est:  
*Sigismundus Brandenburgensis mar-  
chio, Sacri imperii ARCHICAMERARIUS princeps ELECTOR.* Et, paulo post, Petrus  
Colbo de Wartenberg *imperialis curiae magister. Datus Tangermändae anno domini MCCCLXXVII indictione XV. V. Kal. Iulii, regno*  
*Wartenberg Rayserlicher Hofmeister.*  
*BALBINVS in miscellan. regni Bohemiae dec. x. Lib. 8. volum. i. p. 58. literas habet Ludo-  
nici marchionis Brandenburgici, quas*  
ipse scriptor hoc fine claudit: *scri-  
psimus animo deliberato, de certa  
scientia, sicutur Marchio Brandenburg-  
Lusatiae princeps, ELECTOR & ARCHICAMERARIUS Sacri imperii confirmamus praesen-  
tium sub nostri, sigilli, testimonio litterarum. Dasam Nurnberg MCCCLV. indict. VIII. feria post festum S. Andreae Apostoli. Verum ex initio  
earum (quas etiam GOLDASTVS exhibet in appendice docu-  
mentorum. ad regnum Bohem. p. 70. &*  
*71.)*

tibus potui reperire. Quod ipsum non sine graui causa mihi factum esse, uidetur [1].

### §. VIII.

71.) facile patet, *electoris* uerbum a nomine marchionis abesse, in fine autem propterea expressum repertiri, quod epistola haec sententiam firmet, in collegio *electorum* latam. Ubi scribendum omnino fuerat, qua demum autoritate eandem fūo adēnsu corroboraret. Idem repetendum est in diploma, quod *Balbinus eiusd. libr. p. 256.* repetit. Ut adeo legi, supra datae, neque dum me poenitere queat. **ARCHIPRINCIPIS Brandenburgi** nomen Sigismundum Caeſ. Friderico Hohenzollerano dedisse, aliis notatum est.

*Quisae cardi-  
us in titulo  
principum  
adhibiti ar-  
chiofficii &  
electoratus.*

(1) Quod de *Brandenburgi* duce scripsi, id de aliis quoque principibus *electoribus* verum est, eos ante annum 1340. neque *archiofficium* neque *electoris* uerbum nomini suo unquam adscriptiss. Uel *BAL-  
BINI* locus p. 256. docere id potest, quem modo citauimus. Cum, post *Brandenburgi* marchionis, etiam aliorum principum electorum ibi diplomata occurrant, cum neutrius uerbi additamento. Quid autem, cur *archiofficiales* se citius scriplerunt; serius *electores*? Id mihi ex eo intelligere videor: Pri-

mum *archiofficii* & *electoratus* iura inuicem prorsus seiueta fuisse, neque ex illo hoc provenisse, quod p. 64. lit. o. iam docui. Deinde, praecipui iure, absque ulla cum aliis imperii principibus controveſia, *archiofficialium* munera *gentilitia* permanuisse apud *primarios* duces: uerum ad societatem *conuentus* atque suffragiorum de Caſeſ eligendo, summatim ad *collegium electorale* mira quadam accumulatione, recentiores quoque principes contendisse. Quapropter sententia superioris iudicis ante opus esse videbatur, quam *origi-  
narii* principes, quos p. 43. & 53. scripsi, hoc symbolo ſe a *iunioribus* diſtinguerent prorsus ac separarent. Arque haec cauſa *aureae R.* fuit, in qua Carolus IV. item in antiquiorum principum gratiam decidit, &, quod illi, principio Germanici imperii, *praeratando* publica negotia imperii, (p. 55.) atque post, exclusis aliis, eadem etiam procurando atque definiendo, diu ante, sed contradicentibus aliis, possederant, pragmatica demum sanctione, pace plurium compoſuit; ut non praeter meritum effe vide-

§. VIII. Praeterea aliis iam obseruatum est [a], solis quondam

V. ab OFFICIALIEVS  
Brandebur-  
gici marchi-  
onis, in quo-

du-

uideretur, rei semel pacata memoriam electoris verbo retinere, atque solenni eius perpetuoque in titulis ac nominibus principum usu repetere subinde ac inflaurare.

Palatinos officiales non habuit, nisi DVX impe-  
rii.

[a] Primus forte id obseruauit Marquard. FREHER VS innotis ad confit. Caroli craft de expeditione Rov. §. 6. p. 211. Cum enim singulis in ea principibus quatuor officiales palatini concedantur, addit commentator; sine his non est ius usus imperii principatus. Cum uero hanc constitutionem cuncti pro supposititia haberent; alii doctores a quo quis hoc principe requiri negarunt, aut certe requirere omiserunt, ut rem, quae corrut, destructo eius fundamento. Qua forte causa Martinus quoque RANGO in Pomerania diplomatica p. 313 tributariter scripsit: Alii recitant semel dicta, neque an vere dictum, inquirunt. Verum factis confessum atque tot diplomatum fide certum est, alii nulli palatinos officiales constituere fas unquam fuisse, quam principibus Imperii. Inter praerogatiwas enim principum a Caesare id referri, uideas apud SANDEVVM de feudi Geldriae lib. II. c. 2. n. 14. atque in Germania principe lib. VI. c. 2.

p. 61. pluribusque aliis. Summa rei fuit; ut officiales palatini eius generis principes isdem iuribus utantur, quibus imperii ministeriales utantur. Ut formula habet diplomaticis Brunsvicensis, MEIBOMIO, MADERO & SAGITTARIO descripti. Scilicet noluit uectus, reipublicae symbola habere & ramen destitui republica singulari. Quapropter, licet Grammatico sensu cubiculi custodiam quilibet opulentus pater familias dare posset homini priuato, atque ab ea cubicularium denominare: privilegio ramen aut singularis reipublicas iure opus esse videbatur, ad solennem aulae ac cuiac usum, ne vel ludibrio se exponerer, qui sibi hanc facultatem, priuato ausu, adrogaret, uel in dedecus atque opprobum imperii officialium id uergere posset. Quod uero EYBENIVS cap. 9. elect. feud. §. 10. opponat, reperi se tamen, a tempore Caroli IV. id rarissime obseruatum fuisse: in eo haudquam fuitur. Ex eo enim tempore abusus & ignorantia pristini iuris, quae in principibus etiam regnauit, omnia commisicuit confuditque. Uti hodie num minutissimi cuiusvis territorii domicelli, consiliarios, ut uocant,

rum olim numero ipfi etiam duces  
MECLEN-BVRGICI.

*ducibus in Germania datum fuisse, ut aulicae domus adparatum haberent, Caesareae aemulum, id est, QVATVOR OFFICIALES palatinos (b). Atque horum aliorumque plurium memoria Bran-*

*de-*  
cant, intimos faciunt, cum extimos  
alere nesciant: quamvis uel ex  
Germania principe lib. II. c. 1. p. 29.  
c. 1. p. 36. clarum sit, ante ann. 1570  
maximos imperii principes septem  
uiros secretiorem senatum (einen  
Gehilfen oder Staats-Rath) non  
habuisse. Imo hodie etiam plures  
ex nobilitate, eaque prouinciali, ad  
aemulationem forte imperii immi-  
ditate ab aliquo iam tempore uili-  
licos suos aut agriculturae pro-  
curatores grandi consiliariorum nomi-  
ne honestant Adeliche Räthe / Ade-  
liche Umts Räthe. Quod sane, ni-  
si auctoritate principis id faciant,  
inter seculi & impudentiae ludibria  
merito referatur. Hoc lumen  
adfundit illis deber, quac conges-  
sit THYLEMARIUS cap. 20.  
de olopiratu §. 40. p. 335. Ceterum  
quod recentiores priuilegio  
habent: illud solo prouinciae iu-  
re tenent principes primarii, ele-  
ctores.

(b) Non putauerim, si quatuor Utrum plures  
officialium sit mentio in literis insti- illi ac qua-  
tuti principatus, dene Fürsen Pa- tuor?  
tenten hoc ipso prohibitum esse, ne  
ali pluresque ab illis constitue-  
rentur. Sane Brunswicensis, modo  
recitata, formula talis est, quae si-  
dem faciat; omnes ministeriale, quos  
Caesar habet, uel rex, principes  
quaque habet ac constituit posse,  
& constitutos in eodem cum aliis iu-  
refuturos esse. Inde uidemus, a-  
lios quatuor tantum, plures aut  
pauciores alios instituisse. In Car-  
niolae ducatu undecim hereditario-  
rum officialium der Erb-Alemter re-  
censet Job. Wicardus VALVA-  
SOR lib. IX. cap. 2. p. 10 hoc or-  
dine. 1) Der Erb-Hofmeister,  
die Gr. v. Thurn 2) Erb-Cäm-  
merer, die Gr. v. Auerberg 3)  
Erb-Marschalle / die Gr. von  
Auerberg 4) Erb-Stallmeister/  
die Gr. v. Lamberg 5) Erb-Jäg-  
germeister / die Gr. v. Kriesel 6)  
Erb-

# deburgensi iterum marchiae hodi- K enum

Erb: Stäbelmeister / v. Eib. 7)   
 Erb: Mundschenke, v. Eggen-  
 berg 8) Erb: Silbers Cammerer/  
 v. Ragenstein 9) Erb: Dorschnei-  
 der, Gr. v. Andenstein 10) Erb:  
 Truchſäß / v. Hohenwarth 11)  
 Erb: Falckenmeister/v. Panizolla.  
 Ita praeter *septem* alios nesciuit  
 Ultraiectinus antistes, quos enu-  
 merat *Wilhelmus HEDA ad an-*  
*1121. p. 282.* in diplomate, quod  
 admodum memorabile est. Clas-  
 ses haec sunt: 1) *dapifer dux Brabani-*  
*tiae;* 2) *senator dux Geldriæ* 3)  
*mareschalculus Comes Hollandiae* 4)  
*Camerarius dux Clivias* 5) *lanitor*  
*comes Benthemensis* 6) *pincerna*  
*dux de Cuke* 7) *signifer* dux de  
 Choer. Miror, non occurrere hos  
 officiales apud *Antonium MAT-*  
*THAEI* in utilissimo de *nobili-*  
*tate commentario lib. II. c. 45.* Do-  
 cetur enim auctor suo exemplo, quam  
 feliciter in historia uertitur *ICtus.*  
 In historia dico, non Romana tan-  
 tum, quae mortalium ingenia diu  
 satis exercuit, & cultum habet,  
 quem mererut: sed Germanicam  
 uolo, atque mediæ ævi maxime, ex  
 qua scena prodire debet, qui in pu-  
 blico iuri studio uidere vult, ubi  
 eaecutiunt ueterani &c, qui hos  
 sequuntur, iuniores. Utinam, quod  
 unice desidero, distinxisset *MAT-*  
*THAEI*, res *Francicas* a *Carolingicis:*  
 utrasque a *Germanicis:* Lotharin-  
 gicas a Teutonicis: ab utrisque

Romanas: tempora etiam ac secu-  
 la inuicem, ut quid iure euenerit,  
 quid uero per vim, rerum ignaris  
 intelligeretur. *Quatuor* uero ne-  
 que plures in Cliviae ducatu recen-  
 fet *Egbertus HOPPE* in *epitome*  
*cap. XI. p. 31. 1)* Erb: Hofmeis-  
 ter die von Wulich 2) Erb: Cam-  
 merer von Eyl 3) Erb: Schenck v.  
 Boeclar 4) Erb: Marschall v.  
 Palans. Monasterii S. Galli officia-  
 les sunt: *dux Suevias DAPIFER* (desine inuidere Bambergensi offi-  
 ciales electores) *Pincerna C. Ho-*  
*nenberg*, ceteri a *GOLDASTO*  
*Rer. Alem. tom. I. p. 28.* enarrantur.  
 Taseo aliorum principatuum offi-  
 ciales, per uniuersum fere impe-  
 riuum, mihi ex libris, sermone ac  
 literis amicorum noratos, quos lo-  
 culos excutere nunc uelle, a no-  
 stro instituto alienum est. Cete-  
 rum in uniuersum dicendum, eam  
 temporum quondam supersticio-  
 nem fuisse, ut sibi non infimi or-  
 dinis principes honori duxerint ac  
 religioni; Petri & Pauli, id est, am-  
 bitiosorum antistitum famulos &  
 adparitores agere. Tantum enim  
 poruit in animis mortalium ueris-  
 simi seruatoris, sed malo sensu cor-  
 rupta uox: *quicquid uni ex mini-  
 mis, illud mibi facitis.* Inde miror,  
 dubitare doctores, quo factum sit,  
 supremos S. R. I. officiales ab iis-  
 dem officiis Bambergensi episcopo  
 fuisse.

enum supereft, in *muneribus HEREDITARIIS* (c). Illa res autem admodum singularis est atque marchiae nostrae per honorifica; cuius Meklenburgici codices me admouerunt, quos hactenus ineditos seruo. Id scilicet apud illos lego: *Brandenburgici quondam marchionis clientes ac palatinos fuisse principes Venedorum, atque cum his duces MEKLENBURGICOS; in quorum supellectili atque ducali ornatu fuerit singularis uestitus, quo induti in aula Brandenburgi*

*Officiales hereditarii marchionatus Brandenburgi*

(c) Si nominum reſte memini, quae uir eleganter doctus & reconditae artis subtilis & acutus in-dagator, regius nunc litterarum scribentis praefectus, me rogatore, descripsit, *hereditarii marchiae Brandenburgensis OFFICIALES* sunt, qui sequuntur: *CAME-RARII, comites Suuinenſis; MAR-RESCHALLI, nobiles de Put-*

*lia; THESAVRARIJ, nobiles de Schen; DAPIFERI, Barones de Houerbekz; CVLINAЕ præfeci Barones de Schublenburg; VENATORES, nobiles de Groeben; PINCERNAE, nobiles de Hake. De institutione atque aetate cuiusque, quod sigillatum dicam, non habeo.*

*burgica adparuerint (d). Quem-  
admodum in medii aeui documen-  
tis obseruo, quod domini clien-*

K 2 tes

Inter officia-  
les atque ua-  
fallos mar-  
chiae Brand-  
striae. Albertus etiam KRANT-  
ZIVS idoneus in hoc argumento  
fuerunt prin-  
cipes MEK-  
LENBVR-  
GICI.

(d) Post domesticos annales &  
chronica, manu, non typis excri-  
pta, Albertus etiam KRANT-  
ZIVS idoneus in hoc argumento  
fuerunt prin-  
cipes MEK-  
LENBVR-  
GICI. *in signi, tunc  
ut nunc, electararum principatu, Van-  
dalarum PRINCIPES suos ha-  
buerunt SATELLITES. VESTEM  
illis curvalem, quo modo DOME-  
STICIS, misere. Eam honorifice  
exceptit Nicolaus, princeps Meklen-  
burgicus, & quam prodiret in con-  
spectum, VESTE ex seculis ibat.  
Erat controuerchia de finibus. Uen-  
tum est in coetum ad tractandum  
super rebus: malefibi timuit Ni-  
colaus. Ex herborum alterna con-  
tentione coepit indignatio marchio-  
num. Nicolaus rite exceptit rem.  
Quantum est, inquit, si illustres vos  
marchiones (Brandenburgici) homi-  
nem tenuerunt Vandalum, uictra VE-  
STE TECTVM, opprimere con-  
tentatis? Sit acquum, sit iustum  
inter nos iudicium, alioquin si uim pa-  
rat, indecorum est, uictra VESTE  
TECTVM accipere iniuriam. Si  
omnino, ut adpareat, indignantes sa-  
piente paratis; sinitate; honoris gratia;*

*ut VESTEM ponam, quam de-  
disisti, ne crebescat rumor, DOME-  
STICVM marchionum per nim-  
oppressum. Fateor hoc aliquid sin-  
gulare esse, atque Krantzio, nobis  
parum aequo scriptori, excidisse,  
forte non ueritatis amore, sed ar-  
gumenti causa, quo ueretur atque  
callidum Nicolai Meklenburgi-  
ci principis animum describere in-  
stituerat. Non defunt tamen do-  
mesticorum annalium monumenta,  
quaes & huic narrationi congruent  
& rem eandem clarius ac plenius  
recurrent. CHEMNITIVM  
posideo, MILEVM, & duos  
ANONYMOS scriptores rerum  
Meklenburgensium, omnes hacte-  
nus ineditos; ut raseam, quae a-  
micorum excerptis & commenta-  
riis debeo, ubi seculi uitio, si ali-  
quod hic est, crudis uerbis scribi-  
tur: Die Härsten der Wenden seyn  
Brandenburgische Vasallen gewesen  
haben Brandenburgische Elbereth ge-  
tragen / wenn sie zu Hof oder son-  
sten in ihrem Dienst erschienen.  
Dergleichen Röcke hat man in Me-  
lenburg auch lang hernach zur Ges-  
dachtniss aufzubehalten. Uerba non  
mea sunt, sed ciuium Meklenburgi-  
ensem. Ita historia omnino fert;*

tes suos, quos uasallos dicimus, pro inuestiture symbolo ueste donarint colore tincta, qui pigmentis insignium, domino solen-nium, responderet (e).

### §. IX.

Iura officiali-  
um heredita-  
rio: & ua-  
fallorum  
ueſſis, hinc  
inuestitura.

(e) Ne quis rei, non ubiuis ob-  
uiac ignarus, ad ea, quae scripti-  
mus, obstupescat: ex iure feudorum  
medii aeui atque illo systemate,  
quod meditor, aliqua excerptanda  
& explicanda sunt. Collatio feu-  
dorum *symbolos* est, symbolum  
inuestitura 2. F. 25. *Veste* enim  
nouos uasallos a domino & indu-  
tos & donatos fuisse, significata  
per eam clientela, plura argumen-  
ta fidem faciunt. Die *Lehnſ* & *Leu-*  
*te* wurden vor dem eingekleidet/  
wie einem Ritter sein Ordens, Ha-  
bit; einem Soldaten seine Mun-  
tur; einem Diener die Ueberey  
zum Zeichen seines Dienstes noch  
bis iego angeleget wird. Inde-  
clarus uerbi inuestituras ortus est,  
ueteribus probatus, teste *Alexan-  
dro RAVDENSI Lib. II. resp. 1.*  
*n.98.* ut inuestire idem sit ac ueste in-  
augurare uassallum, quod ad *PLI-  
NII* etiam significatum proxime  
accedit *lib. XXXV. c. 7.* Inde etiam  
immantere, id est, pallio, in noui  
feudi auspicio, uassallum indire,

formula mediī aeui fuit, quae extat apud *R A D E V I C U M lib. IV.* de gestis *Friderici c. 65.* Et Anglis, quod *S P E L M A N N V S* obseruat p. 318. inuestitura dicitur, *Liverrey of seisin. Das Basallens Kleid anziehen.* Memorabili praeterea loco *Nicolaus VPTONVS lib. I. de officio militari c. 17.* in Anglia, quando rex aliquem nobilitat, sicut una cum *FEVD O Si-  
gnum*, sed quod quaeſo? hoc eſt,  
*LIBERATAM* ſuam, ſelne *U-  
berez* nobilitando condonare. Per-  
tinet huc non minus, quae *MAT-  
THAEVS Pariferis* memorat ad ann. 1224. p. m. 360. rex Anglorum *Johannes ad natale curiam ſuam te-  
nuit apud Windleshore, ubi multo  
magnum ſuorum multitudini ſeſſua diſtribuit INDVMMENTA.* Itis scilicet moribus congrua ratione, quibus *palatini officiales* ueſtimenta a principibus suis accep-  
perunt. Atque cognitis hisce, de-  
ſi mirari, cum forte locum offendere in iure Feudali Pomeraniae,

§. IX. Neque nulla plane pri-  
marii ducatus indicia sunt, uerae  
1NS1GN1V M rationes, paucissimis  
forte in significatione, quam ha-  
K 3      bent,

ubi in pruilegiis nobilitatis, BAR-  
NIMO & PHILIPPO largi-  
toribus §. 3. ita conuentum est,  
reperitur: Wenn auch uns oder  
unsern Erben / die von der Ritter-  
schaft und Adel in Ehren: Zügen:  
außerhalb Krieges, als zu Lehens-  
Empfahrung; Reichs: und andern  
Versammlungs: Tagen; Fürstili-  
chen Höfen; Heimführungen; und  
vergleichen Zügen / außerhalb Land-  
des folgen / und sich in unserer Es-  
ten Farben kleiden sollen: So  
wollen wir einem jedem Adel/  
der mitzureiten erforderet ist/  
nach alter Gewohnheit das Luch  
zur Kleidung auf seinen Leib / als  
5. Ellen Gewandt / und die Farbe  
auf so viel Personen, als ein jeder  
Pferde halten solle / samt dem  
Muster in seine Verbausung zu  
rechter Zeit zu schicken ic. auch  
billige Trinkgeld reichen lassen.  
Da wir die von der Ritterschaft  
innerhalb Landes fordern / so solle  
es / der Kleidung wegen: wenn sie  
in unsere Farbe sich Kleiden sollen /  
allermaassen / wie obsteht, mit the-  
nen gebehren. Wir wollen ihnen

VI. ab IN-  
SIGNIBVS  
ducalibus.

an den Derten / dorthin wie sie for-  
dern / Futter und Mahl geben/  
auch die Stall-Miethe, auch Rauch/  
Futter in der Herberge zahlen las-  
sen / umb zimlichen billigen Schat-  
zen stehen. Haec ex medito co-  
dice describere uoluji, cum prouise  
ad rem facere uideantur. Cete-  
rum potiores, aut, quod ego existi-  
mo, originarios usūlllos, noluisse a  
principe suo *inuestituras* uel perte-  
re uel accipere, quod negarent,  
praedia sua ducis Pomeraniae be-  
neficia esse, Martinus RANGO  
adserit in *Pomerania diplomatica*  
p. 273, atque in partes uocat WE-  
SEN BECIV M Part. III. confil.  
148. Ut adeo, quod feudum ab-  
que *inuestitura* esse possit, in quo-  
rum numero omnis *oblata* habeo,  
quicquid hic oogganniant ex Lon-  
gobardico iure doctores; *inuestitu-*  
*rae* autem symbolum *nensis* fuerit,  
colore, qui *insignibus domini* re-  
spondet, tincta, ex illis, quae allata  
sunt, fatis manifesto constare queat.  
Adde *Matthari de nobil.* IV. 25. p.  
1095.

bent, intellectae (a). *Pellitos reges Romani dixerunt Germanos (b); inde PELLES ARMENIAE*

(a) Ex quo tempore factum sit, *Vestitum ele- principes electores a ceteris vestitū*  
*storē debent ornatus fecerni ac internocē,*  
*iuri reipubli- a nemine traditum fuisse, memini-*  
*cæsingularis.* Quia plerique existimant, haec ue-  
*stimenta esse archiofficiaria, atque*  
*eamē cum archiofficiis aetatem*  
*habere. Nolo hanc originem di- sputare. Id tamen sufficit, symbo- lis hisce nonnisi singularis reipubli- cæ dominos uti potuisse (§. 7. lit. b. p. 63.) atque ad harum imagi- num iura quemuis primarium du- catum sufficisse.*

(b) Ut Graeci & Romani in co- loribus, geminis ac diuersis uelli- mentorum generib⁹ praerogatiuam ordinis ac dignitaris poluerunt. Quas leges nefas fuit, ullo casu analogae di- gnitatis. Idem institutum Ger- mani habuerunt in pelle (Philipp. CLVVERVS in Germ. antiq. lib. I. c. 16.) qua ipsos etiam reges suos decorarunt. Fecip. hoc, ut apud Romanos in prouerbium iret, Germanorum reges *pellitos* salu- re. Sidonius APOLLINARIS caym. VII. n. 223. p. 87. Tu The- doreus enīs, quem pro pietate propin- qui expertis in media PELLITI PRINCIPIS aula. Idem etiam

in concione reperies post lib. VII. epistolam 9. p. 445. ubi commen- dat uirum, qui legationibus defun- dus sit sicutque ante PELLITOS REGES. Atque ne in op- probrium gentis hoc scriptum esse- putes, addendum est Prosper A- QVITANICVS de Prudentia: ad Seythiae proceres, REGES que GETARVM respice, quies ostro contemno & uellere serum, EXI- MIVS DECOR est tergis horre- ferarum. Quare FORTVNATVS lib. IX. poem. 5. de re- ge Francorum: PELLIGERI ueniens Chlodowechi gene potenti. De aulica elegantiā Carolingorum scribit BARTHIVS lib. XIII. aduers. c. 16. p. 740. aeuo Caroli minime contentum nominandæ erant VESTES PELLICEAE, cam in usu essent ipsis rerum dominis. Atque adeo imperatori ipsi, ut ex commentatorio Sangalli clarum est; qui PELLICIVM etiam festis diebus eiusu fuisse, memorat. Sed iuniora longe tempora sunt, de quibus HELMOLDVS, qui uixit circa annum 1150. lib. I. c. 1. p. 2. que- retur: Pellibus abundant peregrinis, Porulos describit, quarum odor le- ebisfermis

NIAE [Hermelinien Felle] primarii du-  
catus, ceu dignitatis, regali analo-  
gæ, symbola apud nos ex uetustis  
moribus permanserunt (c). PILE-

VS

tbiferam nostro orbi, de Germanis  
loquitur, superbiae uenenum propi-  
nauit. Et illi quidem uti fercora  
baec habent, ad nostram credo da-  
mationem, qui ad MARTVRI-  
NAM uestem anbelamus, quasi ad  
summan beatitudinem. Itaque pro-  
lanceis indumentis, quos nos appellam-  
mus faldones (gefalten oder Tals-  
len; Luch) illi offerunt tam pretio-  
sas martures. Et quis dubitabit de  
moribus, quos Sueviae & Franciae  
incolae hodienum seruant, ubi in-  
ter uestriaris leges tituli reperiun-  
tur: *uem vergönnet seyn solle!*  
*Zobel prægen von Personen in*  
*dem ersten Rang.* Sed nostri po-  
puli mores pellitos ante dimidium  
seculum & quod excurrit, cum bar-  
barum maiestate, deposituerunt. Ut  
pelles non tam ornent, quam con-  
tra frigus nos munitant. Quare  
nulla in illis nunc supereft digni-  
tatis prærogativa; cum ab ali-  
quot lustris eiusuis fere fortis fo-  
minaæ armeniæ pellibus (*Hermel-  
inen Futter*) teftæ incendant, quod  
olim inter piacula fuisse, patres  
nostræ meminere. Superbiae foc-

minarum, in pelle lafcui animalis  
gerenda, ubi foeminae mores ad  
coitum cogant, irridet illuditque  
Andreas ALCIATVS emblem.  
LX XIX. p. 295. Sane rem conci-  
lii quandam dignam habuere Galli.  
Namin PARISIENSI parr. IV.  
c. 4. legitur: *pelles quoque de ER-  
MINIIS CAVD ATIS omnibus Ecclesiasticis personis prohibe-  
mus.* Haec sufficiant pro argu-  
mento, uestratem pelles inter prin-  
cipum diademata rerulisse.

(c) Quo tempore Hermelinæ pel. Inter decora-  
les primum in Germania innotue. uestitus prin-  
rint, atque inter res summi pretii in cipum arme-  
aulis principum esse ceperint, ne-mine pelles  
quæo dicere. De seculo XI. me (*Hermelin.*)  
morabilem locum haber *Albertus*  
*AQVENSIS lib. II. hislor. Hie-  
ros. c. 16.* Nam, Gothofredo, de  
hoc enim ei sermo est, *duce tam ma-  
gnifico & honorifice uiso, eiusque fe-  
quacibus in splendore & ornato pre-  
tiosarum uestium tam ex opere, qua  
aurifilio & in nino opere HAR-  
MELINO & ex mardrino gri-  
feoque, & uario, quibus PRIN-  
CIPES præcipue utuntur, impe-*

valer

vs[d] etiam, qui coronae uices  
susti-

rator, uebementer admirans honorem ac decorum illum, primum ducem in osculo benigne suscepit. Inde est, quod aliquibus imperii principibus, quodam praecipiui iure, dedicit imperator, ut hermelinam pellem gestire illis liceret. Quorum insignia hanc priuilegiorum memoriam hodiennum seruant pileo ducati, qui, casidi impositus, hermeli- nam pellem praefert in extremitatibus. Officiali etiam supremo pel- litaria adserit Galfredus M O N- MVTHENSIS lib. VII. c. 4. ubi inuenitur *Cainis dapifer, hermi- nio ornatus.* Frustra itaque *Caro- lus PASCHALIVS Coronar.* lib. IX. cap. 26. p. 658. exigitur, noru- las nigras albedini inspersas esse, ad imitamentum pilei Mercurialis, qui dicitur *seminalbus & seminiger.* Cum causa non in colore, sed pellis hermelineae pretio unice quaerenda esse, videatur. Utinam uero ad manus essent, quae de hoc animali scripsit congesitque *Carolus du CANGE,* qui lucubratiunculae ipse meminit p. 742. his uerbis: in dissertatione I. ad loinnillam eginus de hoc animali (hermellino) & illius pelliibus, quae semper magno in pre- sio habitae sunt. Satis uero ex his clarum est, siue, quod ego mallem, prouinciae singularis, siue archiofficii iure hermelinam pellem gerere

electores: & nefas semper aliis fuisse, eodem uti uestitus ornamento.

(d) Egit de hoc ante me eruditissimus *PASCHALIVS lib. IX. coronarum* c. 23, & 24. quem exscribere nolo, quamuis plura is habeat, quae nolim nescire nostros doctores, quos hortor moneoque ad euoluendum auctorem. Coniectu- rae sunt, quare non coronas *Chur- Cronen*, sed pileos electorales *Chur- Hute* in Germania nostra uideantur. Ego enim, si quid adsequor, causam in eo quaerendam esse, existimo, quod, cum ducibus singularium re- rumpublicarum liberum olim fuisse, regalia diadema gerere, eos ad exemplum Arnulphi Boii cum Henrico aucepit, in has conditiones conueniente; ut symbolis ac nomine regali abstinerent, salua iuriis terri- torialis auctoritate. Egit hac de re praefestus in diff. de iure adlegandi (von allgemeinen Reichs- Gesellschaf- ten) cap. 1. §. 15. p. 39. lit. s. Qui ergo coronam ducalem mereri ui- dentur exterо scriptori, illi pileo ut maluerunt, libertatis ac iurium territorii, modesto & extra inuidian posito monumento. Pertinet forte huc, quod recenset Roger. de HOVEDEN hist. Angl. p. 724. his uerbis: *Rex Anglie Richardus in cappione Henrici imperatoris de- tenuit, ut captionem illam cuaderet.*

depo-

Der Thur-  
Hut.

sustinet, TOGA (e); GLADIVS [f], liberi territorii nota; SCEPTRVM

# L Bran-

deposuit se de regno Angliae & tradidit illud imperatori, sicut universorum domino & innescuit eum inde per PILEVM suum i. e. liberi regni symbolum. Sed imperator statim redidit ei & innescuit eum per diplomem cracem de anno. Habes itaque & pileum, liberi territorii insignie, & Angliae regnum regemque, sedum atque uafallum Germanici imperii.

**Chur. Noct.**

(c) Senatoria toga & penula, id est, ueste longa & talari induti, hermelineoque uellere in modum almutii pectori circumamicti procedunt electores, uerba sunt Petri de ANDLO lib. II. c. 1. p. 73. Quibus adde, quae Theod. HOEPINGIVS de insignium iure cap. II. §. 7. sect. 2. membr. 4. p. 155. & Iob. Iac. DRACO de iure patricior. lib. II. c. 3. n. 5. p. 19. congesse. Id ego tantum uelim, scriptores adnotassent, quam aetatem habent purpura & toga, sive pallium electorum, ut internosci posset, num reipublicas singularis, an uero archioffici haec iura sint. Ego crediderim, nihil horum primariis unquam ducibus interdictum fuisse: quemadmodum Nouemviri Hanoverani confessus est huius ge-

nus uestitus, quamvis nondum confiterit de iure archiofficii.

(f) Certissimum hic sum, ensen Chur: archiofficii symbolum nullo un-Schwerb. quam tempore fuisse; sed verum Utrum primitaque praecipuum iuris territoria-cipatus insilis indicium. Quae sententia ab gne, an opinione aliorum multum differt. chiofficii. Nam si illa causa ensen gerunt electores, Caesaris auctoritatem praefuerunt: si hac, proprii in eo iuris habent significatum. Facit pro me, 1) quod primariorum ducum in territoris potestas originem habeat, electitia imperii forma ueteris: (§. 3. p. 26. §. 4. p. 42. 43. §. 6. p. 53. 55.) cui autem res debetur, ei & signum rei. 2] potestas haec non a Caesare sit acquisita; sed huic a postfloribus oblat. 3] Wurzburgeris ensen & stolam gerat, qui non est archiofficialis. 4] duos enses Saxo adhibeat, unum territorii, alterum archiofficii iure. 5] hodie principes omnes ensen inueniantur; quod illam potestatem privilegio habeant, quam primarii principes iure singularis reipublicae. Quorsum intelligentius est GVNTERVS lib. III. n. 35. Peregrina sunt, quae congesit ALTESERRA lib. II. c. 8. p. 230.

## Brandenburgicum (g), tessera, qua- lem

*Scptrum*  
*Brandebur-*  
*gicum utrum*  
*Camerarii?*

(g) Taeder, quae alii habent  
 iterum adponere. HOEPINGI-  
 VS; SPENERVS; THVLE-  
 inter insignia MARIVS; WAGENSEILI-  
 VS, & commentarii ac interpre-  
 tes A. B. cuncti adferunt, insignia  
 sceptrigera Brandenburgicum mar-  
 chionem archiofficio debere, supre-  
 mi camerarii. Sed ne sciant illi  
 tempus occasionem causamque rei,  
 multis dubitationibus expoitae.  
 Principio enim Sigismundus elector  
 Brandenburgicus, Bohemicas stir-  
 pis, insignia rubrae aquilae gesit,  
 omilla sceptri imagine. Deinde in  
 CHRONICO Noribergensi (§. 6.  
 p. 58.) noster clavem manu tenet  
 (§. 7. p. 65.) non sceptrum. Post  
 h. archiofficiis caula, singuli elec-  
 tores gladium adhibent, quod §. 9.  
 lit. f. p. 81. est confutatum, alio  
 certe illis symbolo opus non esse,  
 uidetur. Praeterea, si unius archi-  
 officium locum inter insignia me-  
 retur; ceterorum quoq; eum mere-  
 buntur. At, FREHERO teste,  
 Stores co de lib. I. c. 15. p. 109. orig. Palat. con-  
 sicutantur; a stat, quod Palatinus, praeter nu-  
 lii tardius ac- dum sanguinei coloris scutum aliud  
 ceperint?

Car alii ele-  
 tores co de lib. I. c. 15. p. 109. orig. Palat. con-  
 sicutantur; a stat, quod Palatinus, praeter nu-  
 lii tardius ac- dum sanguinei coloris scutum aliud  
 non habuerit; usque dum Carolus  
 V. singulari & noua concessione,  
 pomum aureum ei derulisset. Ne-  
 scit tale hodienum rex Bohemiae:  
 Supremi quoque thesaurarii insi-  
 gnibus id pariter abest. Et nemias

agunt, qui scuto illudunt Hanno-  
 verano, quod symbolo id careat.  
 Tandem si omnium archiofficialium  
 est, insignia habere, quae archioffici-  
 um loquuntur; quid, quaclo! im-  
 pedit, quo minus idem etiam datu-  
 m fuit archicancellarii? Ope-  
 rae pretium igitur fore, causam  
 inuestigare, qua demum factum sit,  
 post Saxonem & Brandenburgicum  
 electores, alios nullos archiofficii sui  
 tesseras inter insignia ostentare.  
 Hic aqua haec ipse Frehero, ne-  
 que alium nidi, qui se expedire  
 posset. Mithi res neque difficilis  
 neque obscura est. Principio enim  
 nullus archiofficialium sui archiofficii  
 peculiare emblema habuit, scu-  
 to & armis inscriptum. Post uero  
 aularum elegancia voluit, ut, qui  
 haereditario munere gauderet, i-  
 dem insignia quoque eius prosteren-  
 tur. Sed infra dignitatem suam  
 esse, id crediderunt & Bohemus &  
 Palatinus. Ille ut pocillor; hic ut  
 patellam inter decora gentilitia re-  
 ferrent. Haec tamen congrua fueran  
 pocillatoris & culinae magistri  
 officii. Alter Saxoni & Branden-  
 burgico. Horum enim munera  
 ut illis ardua magis (§. 7. p. 65. lit.  
 e.) ita tesserae quoque honorificen-  
 tiore fuerant, ut nequicquam eos  
 pudaret, earum usum sigillis adro-  
 gare. Saxe, qua marescallus en-  
 f.

iem praeter Saxonicum, alias elec-  
tor non habet; *sanguinei* demum  
coloris SCVTVM [h] supremi or-

L 2 di-

inanis arro-  
gantia Fre-  
heri; & meli-  
ores globi-  
palatini rati-  
ones.

si, quem principatus causa gesserat,  
alium addidit, archiofficii ergo. Idem  
fecit dux Venedorum, quod  
& clavis & sceptrum archicamerarii  
mauneris officio respondere ui-  
derentur (§. 7. p. 65. lit. e.) Neque  
enim piger nobilates S. R. I. qua-  
flores dici. Et sanc FREHE-  
RVM, inepsum irrisorem habeo,  
qui lib. I. c. 15. p. 11. corrupte in-  
dicio scribit: *Dapiferia quia una cum*  
*rege Bohemiæ epulas Augustas respe-*  
*cit, tanto marschalli & camerarii*  
*manere MAIOR;* quanto, maioris  
apud regem meriti & fiduciae, cor-  
pore & salutem, quam saeculitum  
aut FISCVM sibi creditum ha-  
bave. Ellebora ribi opus est, mi-  
Frehere! ex §. 6. p. 57. lit. f. & g.  
§. 7. p. 61. 62. 63. Ex cui quoefo!  
persuadebis? Culinar praefectum  
honoriatori loco facere, præc mar-  
schallo & camerario. Dafs der Ku-  
chenmeister dem Cammerherrn und  
Marschalliemabls den Rang geftri-  
zen habe. Imo si maior, ut scri-  
bis, dignitas patellæ quam scepo  
inest aut ensis cur dubitabant pa-  
latinæ, hanc tesseram inter insigni-  
um ornatus ac decora referre? Sed  
ipfe l. c. p. 109. nos doces: elector  
palatinus duos clypos gerit; unum

Bauaricum & alterum Palatinum;  
tertium addidit RVERVM totum  
& VACVVM. Donec Frideri-  
cus II. palatinus elector illi pomum  
illud aurum crucigerum, de singu-  
lari & noua conceffione Caroli V.  
inferuit, at imitatione collegarum  
fuorum Saxonis & Brandenburgi  
& ipse illud, quod imperatori de  
solemnitate in publico praefest, ipsum  
palam in insigibus suis ostenderet.  
Sed nescis forte Frehere, qua cau-  
fa id fiat. Nolo illusori credere,  
qui duas patinas, inuicem cooper-  
tas, cum pomi figura confusa hic es-  
se, perhibuit. Hoc tamen quilibet uide,  
culinae cum aurei pomi cles-  
dia nihil communie esse. Sed mea  
doctrina, princeps eius duo archiofficii  
habet, unum, in supraemâ pa-  
latii iurisdictione, als Ober-Hofmei-  
ster, oder Hof-Richter: alterum in  
culinae præfectura. Illa causa ar-  
chipalatinus: hac archidapifer au-  
dit. Atque illo sic intuitu globum  
imperii gerit, non hoc. Sed pleni-  
ius de his in systemate iuris publi-  
ci, noua methodo adornato.

(h) Hic iterum prode, parum *Sanguinei*  
alias cognita doctoribus. Inter in- coloris cly-  
signia Brandenburgica scutum se of- peus, die-  
fert, *sanguineo* colore tinctum, sed *Blutzähne*,  
alia

dinis principatum omnino loqui uidentur.

VII. quod  
marchia  
Brand. CA-  
PVT sit uni-  
ueriae ditionis  
VENE-  
DORVM.  
Intelligitur  
id

;) ex institu-  
tione.

§. X. Neque uero singularis  
tantum prouinciae iure noster gau-  
det MARCHIONATVS: sed firmissi-  
ma quoque argumenta sunt, quae  
fidem faciunt, eum CAPVT fuisse  
uniuersae ditionis VENEDORVM.  
Principio enim eo fine institutus  
esse, legitur, ut Slauorum uires,  
patriae funestas, contereret at-  
que

alia nulla inscriptum imagine. Quid  
hoc? Scilicet uexilli nota fuit, ab  
eodem coloris genere dicti, die  
*Blut-Fahne*. Qui enim ius singu-  
laris reipublicae habuit, is cum in-  
tegro populo fide atque seruitiis  
adesse debuerat imperatori, quo-  
zies scilicet usus ac mores tolerant  
imperii. Atque hac causa pri-  
marii duces non alio signo inau-  
gurabantur, quod iuriis tantum sin-  
gularis fuerat; sed eo, quod ad sub-  
ditam gentem simul respexit, id est,  
uexillo, sub quo uniuersus populus  
conglobatus uiribus in campum at-  
que arenam descendit. Inde ue-  
ram rationem habes *der Fahnen-Le-  
ben*. Peregrinum id uisum est nq-

stris moribus, qui ab instituto re-  
cesserunt uexilli, uniuerso exercitu  
aut populo communis, cuius  
imaginem Turcae adhuc dum re-  
ferunt mit ihrem Ross-Schweiff. Ce-  
terum sanguineus clypei color su-  
premac in territorio iurisdictionis  
refessi fui der Blut-Bann, quod  
nullam facit dubitationem. Quae  
CHRISTINAEV, auctor iu-  
risprudentiae heroicæ habet, ad  
artic. VII. p. 353. sq. illa & tempo-  
rum rationes & regnorum commi-  
scient atque cautum propterea exi-  
gunt lectorum. Propius ad nostrum  
argumentum accedunt, quae con-  
gesit RANGO Pom. dipl. p. 243.

que gentem, in ordinem redactam, uel deleret prorsus, uelin potestatem redigeret (a), quoniam iidem ei limites in ciuilibus, qui Magdeburgico praesulatu*i* in sacris constituti esse, deprehenduntur [b].

### L 3 Ipsa

Marchia  
Brand.oppo-  
sita uniuers-  
itate genti Ve-  
nedorum.

(a) Testibus enim DIT M A R O lib. I. Chron. Merf. p. 6. & WITICHINDO lib. I. p. 639. conditor marchiae, Henricus acceptus, plures Venedorum populos suae ditionis reddidit. *O*bodritos uidelicet, *H*euellios, *V*ulzos, *R*edarios. *I*lorum sedes in Meklenburgensi- bus: *illorum* in Brandenburgicis: horum uero in Pomeraniae regionibus disposuerunt ante me alii. Sed omnes tamen hos subdidit non alii, quam Brandenburgico. De Ge- rone idem WITICHINDVS lib. II. p. 647. quod in uno conui- uio triginta principes Slavorum trucidauerit, CHRONO GRA- PHVS Saxo apud Leibnitium p. 170. ad an. 960. ait: *subactus est uniuersus Slavorum populus, & Sla- vonia in XII X. pagos disperrita.* Theodorium marchionem (anno 1020.) plures Slavorum principes tributarios habuisse, uel ex Georgio SABINO p. 71. qui uitam eius scripsit, satis constat. Taceo Al-

*bertum ursum* & alios Venedorum domitores. Ad hanc ueritatem scriptum respexitque Cyr. SPANGE BERGIVS Part. II. Spec. Nobilit. lib. XII. c. 29. man gab dem Markgrauen zu Brandenburg einen rothen Adler mit einem guldene Schnabel, Klauen und Flugel schnen, im weissen Feld. Dadurch anzugeben, dass er als ein Adler die Wenden ueberzieben, und deren Bluth nicht schonen; sondern mit seinem Schnabel weidlich auf sie backen, mit den starcken Flugeln zu Boden schlagen, und mit den Klaen in Gebor- sam halten sollen. Eosdem fere lufius facit ANGELVS Chronic. March. p. 133. Quamuis non di- xero, ita philosophatos esse primos insignitum inuentores.

(b) Hoc sine Magdeburgensem Magdeburgie episcopatum institutum esse, genfis Eccles. pluribus testatum est. Historicos ha, mater o- uide apud MEIBOMIV M: diuinum per plomata institutionis apud eundem uniuersam & quac congesit SAGITTA. ditionem RIVS. Slavorum.

2) nomine  
uetusto.

Ipsa deinde uetus tas amplissimi iuriis memoriam in nomine quoque habuit, quod marchionatum non singulari Brandenburgicae ciuitatis, sed amplissimo integrae Slauoniae uerbo describeret ac definiret (c). Cu-

RIVS. Paruerunt enim Magdeburgico, post suffraganeos episcopos, Merseburgensem; Misnensem; Naumburgensem, a quo etiam in caulis ciuilibus ad tribunal Magdeburgicum prouocatum esse repetieries apud HORTLEDER VM; Brandenburgensem; Haubergensem; Caminensem, quod tamen olim disputatum fuerat: etiam omnes Archiepiscopi ipsi praeter principes electores, Bremensis; Pragensis; Rigenis propter iura primatus. Sed alibi de his.

Marchionatus Slauonrum.

(c) Quod princeps suac aeratis historiorum SCHVR ZELEI SCHIVS, disp. XVI. p. 4. de Misnefy marchionatu iudicat, eum ditionis Misnensis adiectione tande admodum, & ut ille credit, usque a n e Lotharii tempora, denotatum fuisse: idem etiam fere in marchionatu nostro factum esse, obseruatur. Exempla habes superius §. IV. p. 35. 36. 38. Sed si scelorum

decimi ac undecimi maxime filii fuit, ut duces & frequentius comites salutarent, neque uero ducatura neque comitatu nomina superadderent. Causa mili uidentur, quod cum Carolingorum tempore, dux ac comes uestra nudi officii ac ministerii fuissent, §. II. p. 17. lit. b. non certo traxi aut territorio adscriptis necutrius quoque mentione opus esse existimatum fuerit. Ab hac enim consuetudine, formali et rerum mutata, curiae imperii serius poterant defuesiri. Ergo nihil haec tenus peculiare habet noster marchionatus. Verum id demum hue atque ad nostrum facit argumentum, marebiones nostros,, uetusissimo quoque aeuo Ottotonum ac post, cum adiectione, contra Slanos denotari ab aliquo distingui cepisse. Ioachimus VADIANVS Sangallensis lib. II. p. 65. libellum adfert a manu coaeui scriptoris, cuius initium est; anno in-

carne

Cuius officii, latissime patentis,<sup>3) iustis de  
hac gente  
trophaeis.</sup>  
tantum abest, ut nostri heroes  
unquam obliti esse, uideantur: ut  
potius innumera trophaea super-  
fint cladium, Slavis fortiter illata-  
rum (d). Et uero siue spontanea  
prin-

carnationis DCCCCL MARCHIO  
contra SLAVOS, GERO, nomine  
a liminibus principum apofolorum  
reversus, monasteriorum S. Galli de-  
stitutionis causa visitauit. Alia testi-  
monia praecereo, quae ex Adamo  
Bremensi & Helmoldo ante me eruit  
SCH V R Z F L E I S C H I V S de  
Orig. Pom. §. 8. lit. z. p. 22. Illud  
etiam ex §. 4. lit. i. p. 43. clarum  
est, cibarium ducatum latissime  
per omnem Saxoniam: & transal-  
binum per Venedorum ditionem  
non angustiori limite patuisse.

Institia bel- (d) Evidem non i. ego sum,  
lorum contra qui sacrorum causa populi svel re-  
gna disputari, uel bella inferni pos-  
se existimem. A qua mystarum am-  
bitione arque scieles habendi cu-  
pidine cum prudentioribus merito  
abhorreo. Quod sapientissimo nu-  
mini uisum non sit, alio remedio,  
quam uerbis ac spiritu, puriorem  
cultuma mortalibus rogare. Ve-  
rum enim uero historia testis, est,

Venedos, effrenem populum, Caro-  
lingorum potentia in Germanias  
decrecente, non solum fidem, qua  
illis addicti fuerant, violauisse; sed  
etiam quotidianis incuribus Ger-  
manicas regiones inuasisse & diri-  
puisse, inuasas & direptas inflam-  
masse atque excindisse. Et licet,  
Henrici atque Ottomoni armis &  
exercitibus repressi, subacti, in di-  
ctionemque recepti essent: illi nun-  
quam tamen animum exuerunt,  
rebelles fieri & ad pristinum sta-  
tum reuerti. Quis crederet histo-  
riam, nisi auctorem principem ha-  
beret integerrimum, Fridericum  
Wilhelmann, cognomento magnum.  
Suo etiam tempore superfuisse, te-  
statur, consuetudinem Venedorum:  
ut quorannis regem crearent, crea-  
tum in scenam deducerent, dedu-  
ctum uenerarentur, utrinque au-  
tem pristinac reipublicae memori-  
am instaurarent. Ipse princeps  
elector spectaculo isti, sed habitu  
similato,

<sup>4) amplia-  
dine iurium  
per</sup>

principum deditio[n]e, siue armo[r]um iure id factum sit, rerum gna[re]is ex incorrupta monumentorum fide constat, cunctos fere principes Venedorum Brandenburgicis marchionibus fidelitate & clientelari obsequio addictos fuisse.  
De POMERANIAE (f) ducibus,

a) Pomerani-  
am;

be-

Pomerani-  
marchiona-  
tui nostro  
sive addicti.

simulato, praesens adfuit. Plenius hoc recenset Iacobus TOLLIVS intinerar p.42. Atque perpetua bellorum ac discriminum materia fuit, causa trophaeorum, quae nostri a Venetis reportarunt.

(f) Non est instituti mei, haec prolike tractare; per capita ibo summatis. Malo hic illis uti, quae congesitus eruditus auctor Egidius nander MYLEN §. 1. reipabl. Pomeran. n. 4. p. 81. quam meis commentaris, ne ad affectum magis, quam veritatem scribere, uidear. Ita autem ille: pro Germanis, Pomeraniae quondam dominis, adduci possent Witschindus Corbeiensis annal. lib. I. quod Vulzi & Redarri ab Henrico rege facti sunt tributarii, quod Bernhardo ipsa Redariorum provincia fuerat sublegata. Lib. 2. & Taginius Sla-uo, qui urbem Brennaburg cum re-

gione ditioni regis tradidit. Quo facto omnes barbarae nationes quoque ad Oderam fluminum se subiungarunt. Saxo lib. 14. sec̄t. 4. p. 315. 337. ut B[oguslaus] princeps POMERANIAE Henrici ducis MILES factus. Ait in omnia Henrici Caefarumque iura successerunt Brandenburgici marchiones, condito ac instaurato marchionatu Slatiorum. Cuius etiam iuris memoria firmissimam illi habuerunt, arque vicinis suis Pomeraniae principibus eam subinde oggeserunt, etiam eo tempore, quo ducali honore Pomeraniam honestauerat imperator. Et, nisi prorsus fallor, permouit h[oc] tandem Pomeraniae ducēs, ut, simultatis ac discriminis finiendi causa, cum marchionibus nostris in eas conditiones irent, quibus Pomeranicam stirpem nostrarē in

beneficiaria lege Brandenburgico quondam obligatis, diuersi testantur diuersorum temporum scriptores. Clariora uestigia sunt in ME-  
KLENBURGICIS principibus, repe-  
titiae a nostratisibus clientelae. Ne-  
que enim firmo tantum loco stant,  
quae supra recensuimus [g]: ue-  
rum etiam sigillatim VENEDORVM,  
qui dicitur, principatus [h]; &

b) Meklen-  
burgensia.

## M STAR-

in successione sequentur. A qui-  
bus partis cum discedere videren-  
tur Pomerani; cuenit, quod SCHVRZELFISCHIVS ha-  
bet §. 8. p. 20. Nec modo Ukermar-  
chia, sed etiam principalis dignitas,  
quae ab aeuo Friderici aenobarbi  
ad illud usque tempus sanctissime  
seruata fuerat, in discrimine uersa-  
batur, quod Ludouicus Bauarus in-  
dicasset, Ottонem I. STETTI-  
NENSEM, non ut antea imperio;  
sed Ludouico septemniro BRAN-  
DEBURGICO BENEFICI-  
ARIA lege obligatum esse. Quae  
singula iura cum Venedorum mar-  
chiam unice respexerint; mirum  
non est, Boiorum in Pomeraniam

postulata pacificatoribus Westphali-  
cicis ludibrio fuisse; quasi eo rem-  
pore genti magis Boicae, quam  
territorio marchio acquisitum fuis-  
set. V. HAGEN Iur. P. I. I. c. 7 p. 30.

(g) Loco, quo ex domèficiis Brandebur-  
annalibus oftensum est, MEKLEN-  
BVRGICOS principes, uelle Bran-  
deburgica induitos, in aula septem-  
uirimarchionis, inter alios clien-  
tes nafallos adparuisse §. 8. lit. d. Fursten.  
P. 75.

(h) Venedorum, amplissimi quon-  
dam nominis principatus, hodie, Venedorum  
quod me annales MS&t. docent (§. sub Marchi-  
8. p. 75.), continet, quae sequuntur. Principatus Venedorum (das  
Fürstenthum Wenden) in complexu  
ditionis

ditionis suae habet: 1) *Gastronium*  
 2. *Parchim* 3. *Doenitz* 4. *Sternberg*  
 5. *Grabow* 6. *Waren* 7. *Plau* 8.  
*Malchim* 9. *Malchow* 10. *Marlow*  
 11. *Gnoyen* 12. *Roebel* 13. *Altencablen*  
 14. *Neuencablen* 15. *Stauenhagen*  
 16. *Penzlin* 17. *Lubiz* 18. *Neustadt*  
 19. *Krakow* 20. *Itenak* 21. *Teterow*  
 22. *Lage* 23. *Schwam* 24. *Goldberg*,  
 haftenus annales. Descriptus uero  
 principatus non solum ex causis,  
 uniuersae *Venedorlandiae* communib-  
 us (§. 10. p. 85.) sed nouis ac pla-  
 ne singularibus in Marchia Brande-  
 burgicae uenit clientelam. Ur-  
 alia taceam, de *Balthasar Venedoru-*  
 rum principe, domeftica Meklen-  
 burgicorum monumenta historiam  
 ita recente: *Balthasar*, princeps  
*Venedorum* (an. 1415) Marchioni  
 Brandenburgico, Friderico electori  
 bomagum fecit Berolini in praefentia  
 plurimorum. Plenius aliquantum  
**WVSTERVIZIVS** apud *Angerlum* p. 197. Im selben Jahr, am  
 Tage Seueri, bat sich Herr Balthasar  
 der Furst der Wenden, unter Chur-  
 furst Friedrich begeben, und ihm zu  
 Berlin in Gegenwart vieler Herren ge-  
 huldigt und geschworen, daſs er  
 nun den Marggrauen von Branden-  
 burg für einen Herrn erkennen,  
 und die Lehen von ihm empfangen  
 wolle. Ego ita sentio. Fridericus  
 Marchiam primus suae genti acqui-  
 rit, officii pristini memor, princeps Venedorum adiut nouum mar-  
 chionem & beneficiaria lege, qua-  
 olim & ipse & maiores atque uni-  
 versa Meklenburgica domus mar-

chiae addisti uixerant, se illi ob-  
 stringit. Addunt alii: in eas tum  
 conditiones conuentum esse, ut, si ipso  
 Balthasari exarefcente, Brandenburgi-  
 ci in uniuersa ditione Venedorum  
 succederent. Sed hoc siue factum  
 sit, siue non: parum refert. Quod,  
 Germanicis etiam moribus, usallī  
 posteritate extincta, ad dominum  
 feuda soleant reuerti. Agnati e-  
 nim Meklenburgici duces, dum ca-  
 fus postea euenerint, non agnationis  
 iura allegarunt; sed patelli successo-  
 ri conuentione, quod domino  
 fraudi non esse, neque hoc obtenu-  
 feudum Brandenburgicium marchioni-  
 bus apertum eripi ac inuadi potuisse,  
 partium studio liberi doctores cre-  
 diderunt. **CHEMNITIUS**,  
*Parchumensis curiae silentarius &*  
 potissimum rerum Meklenburgien-  
 sium scriptor p. m. 75. codicis *M.S.C.*  
 item transactione sopitanis his uerbis  
 enarrat: an. 1430. gebet Furst  
 Wilhelm zu Wenden der letzte sei-  
 nes Geschlechts mit tote ab. Dar-  
 auf nahmen die Hertzoge zu Meklen-  
 burg, uermoege auſgerichteter Ver-  
 trage, das Furstenthum Wenden  
 ein, lassen ibnen ſelbiges buhdigen,  
 confirmiren des Landes und der Stadt  
 te priuilegia, uereinabren ſich, ſolches  
 ungerheit zu regieren, und  
 schrieben ſich darauf, Fursten zu  
 Wenden. Dessen beſchwert ſich  
 Churfürst Friderich zu Brandenburg,  
 welcher auch eine Gerechtigkeit dar-  
 an zu haben uerminet, bey Kay-  
 ser Sigismundo, und bringet ſo viel  
 zu wegen, daß A. 1437. von Rom.  
 Kayserl.

STARGARDIENSIS pagus uniuersus Brandenburgicae ditionis fuit,  
quod non in uno loco annalibus  
proditum est Meklenburgicis (i).

M 2 Ut

Kayserl. Maiest. die Herzoge zu Meklenburg wegen dieser sache rede und antwort zt geben, citirret warden. Aber die familtie Ritter und Landesbaßt des Furstenthums Wenden lassen ein Schreiben an den Kayser Sigismund abgeben, darinnen sie motiven ansfahren, warum sie bey der angenommenen Herrschafft uerbleiben wolten. Endlich an. 1442 verglichen sich die Herzoge von Meklenburg wegen des Furstenthums Wenden mit Chur-Brandenburg. Dergestalt, daß der Churfürst nor sich, seine Erben und künftige Successoren die praevention füllen lasset: biagegen die Herzog vun Meklenburg denen Churfürsten, seinen Erben und künftigen successoren alle ihre Land und Leute huldigen lassen, und sollen selbige, wenn sie die Herzogen ohne manliche Leibes-Erben verfallen, ihnen darinuen succediren. Und wird nachgebendt, weil solches des Churfürsten Anspruch so lange zurücke gehalten, der Herzog vun Meklenburg mit dem ganzen Land blebnet. Haftenus laudatus liber MSC. Qua omnia

eo tantum sine adduco, ut perfect pro singularis reipublicae iure, marchia ad seruo, argumentum.

(i) Stargadiensi trachti Meklen- Stargadien- burgici annales tribuant 1. Alt- sis principa- stargard 2. Neu-Brandenburg an der tus in ditione Tellensee 3. Strelitz 4. Friedland 5. Brand. mar- Mirovo 6. Woldek 7. Feldberg 8. We- chionatus. senberg 9. Nemerovo. Fuit haec dicitur Marchionum Brandenburgensem, quod nemo difficitur. Verum an. 1290. Albertus marchio eandem filiae Beatrixi in dotem de- dit arque haec marito attulit Hen- rico, principi meklenburgico; ita tamen, ut, quod dicitur, usque tan- tum transiret dominium, directum autem penes Brandenburgicos rema- neret. Saepius ex hoc tempore certatum est, lego, cum Meklen- burgicus ducibus de principatu Star- gadiensi. Quod siue factum sit dominii directi causa, a Meklen- burgicis forte neglecti; siue, quod, foeminae prole Beatrixis extincta, Stargadiensia ad marchiam reuerti debuerint; siue, quod hanc Alberti alienationem posteri eius successores ratam habere noilent,

mar-

Ut urbes ac oppida taceam, ceteraque marchiae nostrae surrepta; cum memoria anni 1325. passim extet, quo Meklenburgici spem fecerunt, restituere, per iniuriam a maioribus occupata (l). Praeterea LVSATIA quoque diu paruit marchionibus Brandenburgicis. Hanc uero Bohemi regno suo annexam retinere, quam Noribergensibus principibus cum reliqua marchia uendere maluerunt [m]. Pleraque de M-

## SNIAE

Meklenburgica alia.

marchia in primis ad alias subinde familias delata, quibus retrahendi ac reuocandi iura magis in regra esse, videbantur. Ego suspendere, quam prodere malo iudicium meum. Sufficit omnium concetu clarum esse, Stargardenia marchiae quondam ditionis fuisse.

(1) CHEMNITII codex, saepe laudatus, p. mei uolumini 49. ita scribit: A. C. 1325. uertrage sich Herr Henrich mit Markgrau Ludevig dem altern zu Brandenburg, wegen der annoch in der Mark inwabenden Qerter. Will solche gegen

8000. Mark Silbers abtreten. Quid sibi haec uelint, nolo definire.

(m.) Lusatia diuerso tempore Lusatia padinos habuit diuersos, Bohemiae ruit marchioniae reges; Marchiones Michonibus suenses; & Silesiae quandoque principes, quae partim ineditis scriptoribus, quorum plures latent, ueritatis causa olim suppressi; partim etiam editis SCHIVRZELEI-SCHIO & SAGITTARIO tradita & recensita sunt. Sed Marchionibus Brandenburgicis Lusatiae ditiones multoties paruerunt. Geronom Brandenburgicum (§. 4. p. 35.) eun-

e) Lusatiam.

d) Michoniae  
quaedam.

# S NIA E marchia, Brandenburgicis

## M 3 ac-

eundem & Lusatiae marchionem omnes agnoscent. De Alberto quoque urso conqueruntur passim annales, eum an. 1124. *Lusatiam*, sub potestate redactam, cum Brandenburgensi ducatu recessit. *Chronicon BIGAVIENSE* id plenus habet ceteris. Quod cum *Sagittarius historiae Lusatiae* §. 31. & de *Soltwedensi marchia* §. 49. 50. exscriperit: alios allegare supersedeo. Hoc annotatione dignum est; scriptores causam nescire Lusatiae Marchionatus Brandenburgico adiunctae. Circa annum 1320. *Lusatia* iterum a Brandenburgico marchione Wolodomaro occupata fuit. *Testimonia concessit idem* §. 41.) atque in familia illius permanit, donec ex exaresceret (*ibidem* §. 44.) Boica deinde gens quamprimum in Brandenburgicis succesit, *Lusatiam* pari iure postulavit. *GOLDASTVS lib. de Regno Bohem. cap. XVI. p. 408.* Et quamvis *HAGEK Chron. Bob. part. I. p. 201.* literas adlegeret, quibus Boii Lusatiam dederint Bohemis: dubium tamen facit, quod, longe post, anno 1350. diplomata occurrant, ubi eius gentis marchiones Lusatiae nomine in titulo uruntur: *Laudiuens marchio Brandenburgensis & LVZICENSIS.* Talia extant apud Boleslaum *BALBINVM Dec. I. lib. 6. part. I. p. 46. & part. IV. epifl. 13. p. 256.* Unde clarum est, Brandenburgicos marchiones

memoriam iuris in Lusatia neque dum deposuisse. Hohenzollernas stirpis principes Brandenburgici, qua causa Lusatiam inferiorem suae ditionis esse crediderint, alii relinquimus discutendum. Sane, auctoritate *CHYTRAEI*, *GOLDASTUS lib. III. c. 16. p. 409.* scribit: *Fridericus marchio Brandenburgensis & elector LVSATIAM dicitur sub Friderico III. imperatore occupasse.* Regitamen post hac conditione permisisse, ut sibi Cotbusum retinere licaret. Haec attin gere potius uisum est, quam digne prosequi. Hactenus enim mihi exinde illud uideor didicisse; quod, cum toties *Lusatiam* sibi vindicarent Brandenburgici marchiones, raro autem causa singularis, quarum eisdem fecerint, auctoribus proditis: non frustra forte de communi perpetuaque cogitare licet, quam, ubi aliter docere nesciunt scriptores, in prima marchiae Brandenburgicae institutione reposero, qua universam Venedorum ditionem respexisse, per ea, quae hactenus dicta sunt, comprobauimus. De iuribus Magdeburgici antititius in Lusatiam memorabilia loca habent *GOLDASTVS lib. III. de regno Bob. c. 16. & lib. IV. c. 13. & 15. & BALBINVS Part. V. Epistol. I. p. 257.* quae satis docent, *Lusatiae & uile dominium & directum Magdeburgico archiepiscopatu accesse*. Sed hacten alterius loci sunt.

accessissent, si pactis, ut par fuerat,  
satisfactum esset (n). Quae omnia  
cum uerissima sint, mirum non ui-  
debitur: uetus & paeclaros  
auctores uoluisse, Brandenburgi-  
cum, in electione Caesaris, suffragi-  
um

Misniae plu-  
ra Brande-  
burgicae di-  
tationis reddi-  
ta.

(n) Misniae marchionem iura ci-  
uitatis Germaniae habuisse, pluri-  
ma fidem faciunt. Sane tot loca  
sunt, unde patet, quod comitiis in-  
terfuerit: quod archibishopis mu-  
nere functus sit; quod Caesarum  
literas subscriptiones adprobauerit:  
ut miror, *Sigoldam SCHVZI-*  
*V M lib. I. iuris publ. tit. VIII. po-*  
*st. 4.* id in dubium uocauisse. Quod  
uero hodie in comitiis Saxonias e-  
lectores, Misniae causa suffragium  
non habeant; id mea doctrina fa-  
cile intelligitur. Olim enim  
suffragiorum non auxit numerum  
multitudine plurium territoriorum:  
auxit tamen suffragia numerus plu-  
rium in uno territorio imperanti-  
um; quas deinde, uno aut altero  
extincto, primitus iterum contra-  
eta & uno tantum superstite ad sin-  
gularem quoque numerum reducta  
fuere. Miror, haec a doctribus  
non adnotata esse in libibus, hac  
de re saepissime in imperio motis.  
Sed haec obiter. Nobis Saxonum hi-  
storicorum narrationes allegandae

de Misniae regionibus quibusdam,  
Marchiae Brandenburgiae adscri-  
ptis. *Georgius FABRICIVS*  
*lib. VI. origin. Saxon. p. 632.* ita  
habet ad an. 1311. *Proponebantur*  
*Friderico Milnensi conditiones a*  
*Wolodomaro Brandenburgico. Ni-*  
*mirum ut Lusatiae relictis oppidis*  
*renunciaret: arcibus Landsbergo;*  
*Echardsbergo; NVMBVR & Q*  
*cederet: quia Albertus pater Wal-*  
*demaro oppignorasset: Misnae arcis*  
*atque urbis Friderigenis praefectu-*  
*rat patruo Waldemari concederet:*  
*triginta milia marcavum argenti*  
*solueret. Fridericus nullam reconsul*  
*facere, ne oppressis in Thuringia*  
*auxilium ferret & se de bofibus*  
*quam primum ulcisceretur. Cla-*  
*rum ex aliis quoque est harum re-*  
*rum scriptoribus, in haec paeta ut-*  
*rumque principem conuenisse.*  
Sed postea non impleuisse ea Mi-  
linensem, stratagemate liberatum,  
non diffirentur *SAGITTARIUS*  
*in hist. Lusat. §. 41.*

um ferre nomine & auctoritate uniuersae gentis Venedorum (o). Corrupto enim iudicio rem aestimant, qui, Bohemiae regis causa, id in dubium uocant, cum utriusque principis rationes prorsus diuersae sint (p), neque reliquis imperii

rocuratio  
niueriae  
gentis Vene-  
randebur-  
gicos.  
(o) *Lapoldus a BEBEN-*  
*BVRG de iure regni & imperii c.*  
*5. p. 68. subacto & formae imperii*  
*orum penes congruo iudicio scribit: electores ha-*  
*bent eligere regem seu imperatorem,*  
*repraesentantes in hoc omnes principes & populum Germaniae. Inde*  
*singulis electoribus singulos alii po-*  
*pulos tribuant, quorum eligatur auctoritate. Palatinus, uerba OP-*  
*MEERI sunt p. 627. Francorum*  
*causa; Marchio BRANDEBUR-*  
*GENSIS VANDALORVM;*  
*dux Saxonie cibalbinorum populo-*  
*rum nomine. Ridet hoc GOL-*  
*DASTVS lib. III. regni Bob. c.*  
*5. §. 14. p. 295. cuius auctoritate*  
*& alii rident post ipsum, quorum*  
*nomina refellere nolo, ad cuiam*  
*inuidiam. At rent ipsam*  
*strictim & facile tueor. Principio*  
*ita arguo; quo iure electores ius*  
*praetrandi habuerunt, eo etiam*

accepterunt iura eligendi, quod ex illo fonte derivatur §. 6. lit. a. p. 53. lit. d. p. 55. Deinde numerus electorum ex hac causa responderet numero provinciarum imperii. Bohemus enim Boiorum causam agit (seq. lit. p.) & Sæuria singulari duce hodienum careret, quod alii huic sententiae frusta opponunt. Post quod uniuersi quondam populi fuerat; illud hodie a duce eius primario expeditur, ut adeo hunc in loca illorum successisse, constet. Demum singulae propterea provinciae unum nonnisi ducem habuerunt, rerum iuriisque interpretem §. 4. p. 42. lit. l. Quod si ergo Brandenburgicus Venedorum causa eligit, etiam nomine corum reliqua is imperii negotia, quae electoris sunt, procurat, quod nobis fuerat demonstrandum.

(p) Miror sane & GOLDA-STVM An potius

peri negotiis alter intersit, ut ad eo procuratio rerum Vandaliae uniuersae in conuentibus siue *imperi*

hanc spartam  
enat rex  
Bohemiae.

STVM lib. III. c. 5. §. 14. & doctores post eum omnes existinare, Bohemum proprio &, ut alii volunt, prouinciae suac iure (der Lausitz, als des Chur-Kreyses halben) inter electores reperire. Sed magis ad huc miror, doctores egregium monumentum Bibliothecae VINDOBONENSIS non expendisse, quod rem omnem conficeret videtur. Exhibit id Petrus LAMBE CIVS lib. II. c. 8. volum. 140. p. 825. & suo iudicio addit: obseruata dignissimum est, nullum in codice iuris Feudalis Friderici II. imperatoris fieri mentionem regis Bohemiae, sed quicquid secundum Imp. Caroli IV. A. B. ad illum pertinet, eius loco duci BAVARIAE attribui, bis ipsis: Den Chunig sollem die Pfaffen-Fursten und vier Leinen-Fursten kießen. Der Bischoff von Mentez ist Cantzler zu duischen Landen, der hat die erste Stimme an der Chur; der Bischoff von Trier ist Cantzler über das Chusichrich Arel, der hat die andere Stimme an der Chur; der Bischoff von Chollen der ist Cantzler zu Lamparten, und hat die dritten Stimme an der Chur. Das sunt tres Fursten-Ampt, die boren ze der Chur. Unter den Leiten-Fursten so hat der Pfalantzgra-

fe von Rine die ersten Stimme an der Chur, der is des Riches Trohsetze, und er soll dem Chunige die ersten Seuzzel tragen: Der Herzoge von Sachsen hat die andern Stimme an der Chur unter den Leien, der ist des Chuniges Marfchalch, und soll dem Chunige sin Swert tragen; der Marcgraffe von Brandenburg der hat die dritten Stimme an der Chur, und ist des Riches Schenke, und soll dem Chunige den ersten Becher tragen. Diese vier sullen Tutsche Man sin von Vater und von Mutter, oder von eintweder ine. Quod si igitur ex his aequae arque illis, quas §. 6. p. 53. 55. 56. & §. 4. p. 43. scripsimus, clarum est, Bohemiac regem eodem tempore, quo Boioariae duatus cum Palatinatu Rhenano sub imperium unius principis uenit, in eligendo Caesare suffragium Boiorum cauſa, non Bohemorum, dixisse, ceteris autem imperii negotiis nullo tempore adhibuit esse: non habebunt doctores eiusdem eum sparrae competitorem aut acmulum Brandenburgici electori operare.

*rii, siue circuli causa institutis, ad Brandenburgicos omni iure pertinuisse uideatur (q). Atque idem*

N mihi

Jordinis pa-  
trocino, qui  
S. Iohanni fa-  
cerat.

Circuli Ve-

(q) Si clarum est, quod probauimus, Venedorum gentes locum in rector Brandenburgenibus imperii comitis habuimus, se: neque dubitandi cause erunt, ducem Brandenburgicum dictatorem eorum atque interpretem ibi egisse §. 6. lit. a. p. 53. Sane LEHMAN-NVS lib. VII. Chronic c. 68. documentum exhibet, ubi circulus Slavorum describitur an 1387. atque proximum statim a B hemo locum occupat Brandenburgicus, qui etiam loco praefat ipsi Saxoniae duci. Bohemiae itaque regem omisso, patebit, Brandenburgico statim marchioniprimas deberi ut memorata ditione; cui Pomerani ac Meklenburgici duces, principum nomine, mari uicinorum (*der Furtan an der See*) additos fuisse, ex aliis monumentis demonstratum iuit Ioh. Phil. DAT TIVS lib. I. c. 27. n. 17. p. 186. Quae opinio olim quoque fuerat GOLDA-STO de regno Bob. lib. IV. c. 8. §. 2. Cur autem Venedorum dioecesis cum Saxonica ceniuncta sit, ut unum hodie imperii pagum constituant, eruditas coniecturas haber COC-C E I V S cap. 2. §. 2. p. 97. quibus etiam applaudit TOLNER VS cap. VI. p. 170. Ego meo etiam sen-

ta hic abundo. Puto enim Saxonum ducatum, casu Henrici leonis in tot partes disruptum diuulsumque, singulari circulo aut prouinciae non suffecisse, propterea que Vandalicus (*Venedico*) accessisse. Quod uero is Venezi nomen commutauerit cum Saxonico: gentis forte causa factum est. Partim quod haec cultior esset ista barbarie Venedorum; partim, quod, Venedis, temporum atque imperii duratione extinctis, plurimi post Saxones, aliquie populi HELMOLDO lib. I. c. 2. p. 101. ADAMO Bre-mensi lib. I. c. 2. & plenisime omnium per singula fere familias HAF-TITIO Cibren March. adan. 1142. descripti in ipsam Vendiam essent deductae, ut adeo pristinam adpellationem dimitterent, odii & despiciatis plenisimam. Hoc referto, quod ex hoc fere tempore Saxonius elector dux cisalbinus: Brandenburgicus transalbinus ceperint audire §. 4 p. 40. lit. 40. Quae omnia ex faciunt, ut intelligatur, unde contigerit, ex duobus circulis unum esse factum & utrumque ab utroque regi hodiernum. Olim forte simulas in causa fuit, quare Brandenburgicus primo, Saxonius elector postremo loco

mihi coniecturam facit, permouisse hoc socios ordinis, qui DIVO IOHANNI sacer est, ut se PATROCINIO Brandenburgici marchionis committerent crederentque, per omnem regionem Venedorum [r]. Tandem WILDFANGIATVS, qui dicitur, cum is Brandenburgico ducatui ab auctoribus in ditione saepius

7) Wildfan-  
giatu,

leco flet in monumento apud SCHILTERVM Tom. II. sit. 19. p. 346. Quamvis foederis magis quam circulatiōnes id habere vindicantur.

Patrocinium  
s. militiae  
per Vendian  
et penes  
Brandenburgi-  
cos.

(r) Nihil praecepui haberent  
Brandenburgici electores, si inta-  
fui territorii limites, in factio nia  
militiae socios tamen effet in insidi-  
atio. Netum est, Saxonie electores  
in Thuringia; Landgrauum Cassel-  
ianum in Hessa id iuria, in com-  
mandatores, qui vocantur, ord'ns  
Teutonici & preful're & exerc'r;  
ut nihil fere conditio eorum diffe-  
ret a ceteris clientibus ac vasal-  
lis. Causa satis adpareat, quia exem-  
plio de principatu salti est, adeoque  
eam affirmanti incumbit probatio.  
Quam regulam etiam fierissimam

habeo in distinctione inter prouin-

ciales & imperii immediatos episco-  
patus; licet hic iterum maior do-  
ctrina pars priueris doctrinas se-  
qui uideatur. Verum quod mar-  
chiones nostri lobannitie ordinis tu-  
talam ac patrocinium sustinere co-  
perant per Pomeriam; Mecklenbur-  
geniam; Bohemiam; Saxoniamque,  
id deinceps pertinere uidetur ad su-  
premam Vendive universo procur-  
ationem. Cum uir celebrissimi  
nominis, Ioh. Christoph BEKMAN-  
NVS hoc argumentum in cuiusli-  
ma ordinis qui lobanni sacer est, de-  
scriptione occupaverit, aliquid por-  
ro addere, supercedo. Scriptori e-  
nim ad sacra ordinis ferina accessus  
fuit, unde plurima eruit, quo litera-  
ris recipit publicae ignorata aut falso  
intellecta fuerunt.

pius memorata adseratur (s), con-  
gruit prorsus nostro argumento.

Neque aliam forte causam habet,  
uniuersam quam dicunt Vandali-  
am ponderis, mensurae ac numeri  
rationes Brandenburgicas (t) olim  
sequutam fuisse.

<sup>g)</sup> communis  
bus Vandali-  
ae mensurae  
rationibus.

## N 2

## §. XI.

(s) Quid in Palatinatu prouin-  
ciae Rhenensis superiori seculo a  
praeclaris apstoribus hac in re di-  
sputatum: si integrum volumina, que-  
cum prodire, hoc ienam 1 quan-  
tum. Miror, ipsos illes auctores in re-  
centiori Caesaris pruilegio haere-  
re maluisse, quam fontem ac ortum rei  
perquirere & innobiligare. Meis cer-  
to doctrinis clarum est, inter territo-  
rii iure feissi iurisdictionem in ho-  
mines vagabundos, non certo ciui-  
um aut subditorum ordinis adscri-  
ptos; qui vero in Caesari domario  
Konigs Leste auduerunt. Quid il-  
lud? Quia Ca far Rhenensis, que-  
duxi illius prouinciae rex iste atque si-  
mul dominium ibi habuit & imper-  
ium, illo intuitu pruilegium *Wild-  
fangiatus* Palatino dedit non bo-  
Provincias enim subuallii instabi-  
lis eadem huc & illuc, mund nationum  
causa, vagantes subditorum numero  
accensere nequierunt. Quid si  
igitur marchio Brandenburgicus,

quod plures scribunt, per Vendia-  
m universum ius *Wildfangiatus*  
habuit: firmisimum hoc argumen-  
tum est, cum caput & restorem eius  
ditionis fuisse. Similia uelutigia in a-  
liorum iurium passibus reperio,  
quae nolo hic attingere.

(t) Ex SCHEPLITIO &  
qui singulis ex loca excerptis E II Ponderis ac  
RENBAUGHIO in metrologia mensurae ra-  
notum est, Brandenburgici marchio marchio per  
natus universi easdem numeri, pon-  
candem di-  
deris & mensurae rationes reperiuntur. Sed parum hoc est, cum in libellis  
uariarum contractuum obseruauer-  
tim, Vendiae principatus omnes a  
Brandenburgici olim in hoc genere  
leges accepisse. Man hatt in Me-  
cklenburg, Pommern und andern  
VVendischen Landen nach Brandenbur-  
gische Schoken, Pfunden und Maass  
verkoffft. Quod mihi in propugnato  
haec tenus argumento optime iterum  
congruere videtur. Quid hodie con-  
ueniant, quid differant, non d. finio.

VIII. a libero  
sacerorum iu-  
re in ipso pa-  
patu.

§. XI. Ceterum illud non minus  
peculiaris prouinciae uestigium est,  
marchionatus huius *episcopatus*  
non territorii iuribus exemptos fuisse,  
sed eidem, ut alios ordines ad-  
dictos permanisse [u]. Quorsum  
iura refero PRIMARIARVM PRE-  
CVM aliaque generis eiusdem [x],  
quae cum illis habent uicinitatem.

§. XII.

De episcopa-  
tibus prouin-  
cialibus.

(u) Episcopates Vendiae & Sla-  
voniae a duebus & institui & ab u-  
no loco ad alterum institutos trans-  
ferri, potuisse, uetusissima nos do-  
cent monumenta. *Hud quidem*  
*Chronographus SAXO* ad an. 1160.  
p. 306, loco admodum memorabilis,  
& diploma FRIDERICI Caesa-  
ris apud Maderum antiquit. Brun-  
suc p. 121. hoc uero HELMO L.  
DVS lib. I. c. 90. Nihil ergo  
mirum est, a marchionibus nostris  
episcopos regiones suas, ut ceteros  
marchiae uassulos accepisti: ne-  
que alio iure tenuisti acceptos:  
Quod multifariam patet. Inde Br.  
marchiones de modo *oneraum prouin-  
cialium* cum illis pacta fecerant &  
quoties uel nius agri portio uendi-  
ta aut permittata est, consensu id fa-  
ctum esse, reperitur marchionum,

Taceo alia. Neque dubium hic fa-  
cit, episcopos marchiae in comitiis  
imperiū suffragia dixisse. Illud enim  
ius facri muneri causa habuerunt  
omnes antistites etiam *Caninenfis*:  
non territoriorum ergo, que fuda-  
ducum exitere, quod uel ex HEL-  
MOLDI loco patet I. II. c. 24. n.  
8. Miror in tantis rerum diuisiis  
doctores hec non aduertisse, ut di-  
ferent, *diocesis* a territorio distin-  
guere inuicem ac separare.

(x) Vel ex SCHEPLITIO Preces primā.  
Part. I. tit. I. §. 2. p. 9. de consue-tudine et com-  
mendatione constat, qua Brandeb. mar-  
chiones primariarum precum iure in emitorum  
sue prouinciae limitibus exercent; ad seppedi-  
non imperatores COGCEIVS et iusta aliis  
22. I. P. §. 7 p. 383. Ne dupli-  
onere grauentur marchiae episcopatu-  
mus. Fluere mihi ex eodem iure alia  
uiden-

§. XII. A duce, ut ad ciuilia re-  
uertamur, COMITES uasallos exi-  
gunt doctores. Ast plures marchiae  
nostraefuisse, ex solenni mandato-  
rum formula constat, quae in *comi-*  
*tes* concepta esse, inuenitur [y]. Li-  
berrimi iuris rectorem mihi quoque  
sistere uidentur **COLONIAE** alio-  
rum populorum, in marchiam, nul-  
lius intercessu, olim deductae [z]:

N 3 V E-

uidentur. Commendationes eme-  
titorum in militia (*die PANIS-  
BRIEFFE*): **ANNATAE**,  
quas, sacre militiae caus, ipse pon-  
et. x Romanus instituisse reputari:  
**QVARTA** pauperum, & feidis  
Ecclesi sticis li de milites, qui  
cultum & uictum inde accepterant  
quartrii audierunt. Verum haec  
cura regni **PORALFII HEREDEM**  
nunc tangit, ut cogitat de **VATE-  
TUDINARIO E MERITORVM**,  
gloriae & pietatis plenissimo insti-  
tuto.

Plures comi- [y] De principibus Venedorum,  
tes marchiae marchiae clientibus, scriptum est  
vasallii. §. 8, p. 7. & §. 10, p. 89. In an-

nibus etiam occurunt comites  
**Rupinenses**; **Landsbergenses**; **Wer-**  
**nigrodani**; **Falkensteinenses** (qui ea-  
propter substituti S. R. I. camerarii  
fuarent); **Groticzi** aliquie. Con-  
ferantur haec cum dipломate §. 4.  
p. 42, §. 1. recitato. Eo enim tem-  
pore an. 1196 stylus curiae Brande-  
burgicae fuit: **omnibus sub infusa-  
ris illustribus COMITIBVS**. Et  
in alia formula: **uolumus hoc in o-**  
**mibus COMITATIBVS, ad**  
**marchiam nostram pertinentibus.**

[z] Cum Marchia sedes **Venedo-** Colonise  
**rum** fuerit, quorum mores ac lin-  
gua proflui a Germanis abhorrent  
marchiae.  
§. 10, p. 97): qui factum sit, dices,  
Mar.

IX. a dignita-  
te clientum &  
vasallorum,

X. a coloniis  
nouorum pos-  
pulorum.

XI. a quaestu  
vectigalium.

XII. a Ger-  
manicis di-  
stincto iure.

**VECTIGALIVM** (a) porro nulla le-  
ge adstricti quaestus: IVRIS AC IV-  
DICIORVM singulares a ceterisque  
prouinciis distinctae rationes (b)  
Ex-

Marchiam barbaros venedorum ri-  
tus cum cultioribus Germanorum  
ita communitatis, ut hodie vectigali-  
um illorum usq; superesse, videatur.  
Verum cognoscitur hoc ex HEL-  
MOLDO lib. I. c. 57. & 88. & ple-  
nius longe ex HAFITIO, ad-  
huc inedito scriptore p. 68. seq. qui  
testantur: *Albertum ursum Marchio-  
num Hollandos; Selanos; Flandros;*  
(inde dialectum nostrum hodienum  
habent, Belgiae vicinum) *Sue-  
uos etiam & Francos in Marchiam  
deduxisse.* Ex quo tempore uites ac  
uincia, ex Rhenensi prouincia in  
marchiam uenerunt, maioribus ante  
nostris magis peregrina, quam nostris  
nunc horris gingiber & piper. Inde  
seuia marchiae non *oblata esse*, ue-  
rum data aduenis nouis den *Schul-  
tenburgen*: *Bredowen*: *Arnhemern*  
*Afflburgern*, pluribusque, quos no-  
minat HAFITIVS; ut adeo  
Longobardicorum fendorum natu-  
ram marchia omni iure habere ui-  
deantur. Inde forte illustissimo  
scriptori, RHETIO prodita distin-  
ctio uenit der geschlussen und nicht  
geschlussenen von Adel. In illo ge-  
nere *oblata repouero*: in hoc data  
& acquista.

(a) Vectigalia per universum Liberirelo-  
imperium imperatorem habuisse, niorum  
male congruit formae ac monu-  
mentis medii aevi. Confundunt  
iterum doctores iura in domanio  
Rhenensi, & reliquis ducatibus  
Germaniae. Inter territorialia iu-  
ra omni tempore fuit quaestus ex  
teloniis. Quamuis autem pastis  
postea conuenerint ordines, de ue-  
ctigalibus neque augendis neque  
instituendis, in consulto imperio:  
notum tamen & plusibus scrptori-  
bus testatum est, *Brandenburgicum  
marchionem* in utroque libera &  
nullis legibus adstricta iura semper  
retinuisse.

(b) A Saxonico iure marchiam Marchica ut-  
& nunc abhorre & olim abhorru-  
isse, manifestum est. In diplomate  
an. 106. formula haberet: secun-  
dum ritum & IVS MARCHIAE  
flatutaur sententia legitima. De  
hodierno rerum statu nemo dubi-  
tat, neque ipse *Saxoniae elector*,  
qui uicariatum se exercere dicit in  
regionibus, Saxonico iure uiuen-  
tibus, alisque. Ne quis inde  
Brandenburgicum marchionatum  
excepisse, videatur. Viderint ergo  
alii

Extremum est, quod Brandenburgi-  
cae ditiones non Caesarum benefi-  
cio obuenerint marchionibus [c];  
sed, horum incredibili fortitudine  
ac robore armorum, indomito, fu-  
rioso & ad audaciam proiecto ho-  
sti ereptae, Caesar i M P E R I O Q V E  
G R A T I S acceſſerint: ut adeo ſin-  
gularis reipublicae formam non  
tam accepifle; quam iure merito-  
queret inuifte, uideantur. D E O G R A-  
T I A E , N U M I N I V E R I T A T I S .

alii num uera adſert A. Bulla; Ger-  
manum duplicit tantum iure uicinido-  
rint etiam quocatulo uicinatus ſte-  
nior, ſi hac illi cauſa unice nitatur.  
Iſtis marchiae ſunt Prickmannus; Coe-  
pen; Mullerus; Scheplizius. Velleum  
etiam, de Brandenburgico Scabini: tu  
aliquid dicere poſſem, cuius auco-  
viras hodiennum fari niger. Nu-  
lum dubium eſt, Academici i. e.  
Romani iuriſ doctores priftinis et-  
iam marchiae conſuetudinibus ali-  
am formam induxisse.

Marchionum (e) Plura habeo, quas hic com-

mentari vulem: ſed temporis & in alienando  
ſchedas ſpacio excludor. Com. facultas,  
mendo duobus uerbis loca apud  
C V R E V M p. 37 MEIBOMI-  
VM Tom. II, Rer. Germ. p. 417. &  
in codice iuriſ gentium p. 250. unde  
patebit: Brandenburgensem marchio-  
nem ſuas provincie proprietatem  
(zum Eigenbum) habuisse, atque  
ut diploma habet, liberrimam po-  
tentiam uendendi, donandi, commutandi,  
quicquid exinde ſibi placuerit, facien-  
di. Idem ferre, atque conſellum eſſe  
ſcribunt principibus AVSTRIACIS



ILLVSTRISSIMO IVVENI AC DOMINO,  
PHILIPPO COMITI AB ARCV  
IOH. PETR. LVDEWIG  
S. P. D.


**N**on sperare, sed prorsus confidere, possum, fore, ut rectiores publici praecipue iuris doctrinae, & tibi utilitatem adferant & olim tecum re-publicae. Vix annum apud nos exegisti, sed in tanto literarum studio, ut in sapientiae cursu stadium absolveris, quod multi integris lustris non conficiunt. Non tibi sufficit, nullum diem sine linea abire: omnis momenti rationem habes. Neque satis tibi sunt diurni labores, auscultando, scribendo, lectorando, distincti; quin etiam nocti uigiliae tuae surripiant, quae rerum natura somno dedit & animo, curis uacuo. Summatim non stimulis opus est industriae tuae, sponte currenti; sed freno, cum in nimietate pecces & corporis animique uires atteras atque excrucies, ultra quam par esse & ipse sentis & naturae periti magistri. Nunc in arenam etiam ad literatum conflictum prodire nihil dubitas, ne togatus miles ullum officii genus subterfugisse, uideare. Causae argumentum ipse elegisti, ad doctrinae meae rationes tractatum. Neque enim omnia haec uel mea sunt, uel tua: cum alter alterum suo studio adiuuerit & subleuarit. Academici enim muneris ratio studiis meis tanta impeditio fuit, ut fere dubitem, in uitae meae curriculo hunc annum numerare, quem inter fori strepitus arbitor, me perdidisse. Atque hac causa maioris feci industriam tuam, in locis & auctoribus perqurendis, inuestigandis, conscribentis atque nouis quandoque sugerendis argumentis mihi probatam: ut, quod tuum est, nemo sine plagii nota mihi obtrudere queat. Quas lucubrationes tuas, qui cum illustrissima gente tua contulerit, ille raras ac tantum non insolentes eas habebit, ut ab hoc cultu ipsae literae dignitatem accipere uideantur. Nam Boici & Auctriaci annales tuam familiam pro palmita habent uetusissimae Agiloforum stirpis; unde Baorioiae principes descendisse, gloriae illius domus dare solent integerrimi scriptores. Sed haec tu occultare & dissimulare soles, ne aliena magis, quam propria uirtute uiuere uideare. Uale & fortunis utere, industria & probitate tua dignis.

\* \*

D 1 A 6639







Q. D. E. V.  
18

# FORMVLAM BRANDEBVRGICI DVVCATVS,

RECTORE MAGNIFICENTISSIMO,  
SERENISSIMO REGIAE DOMVS PRINCIPE  
AC DOMINO,  
**DN. PHILIPPO WILHELMO,**  
PORVSSIAE PRINCIPÆ, CETERA,  
REGIS SVPREMO CASTRORVM PRAEFECTO  
ET DVVCATVS HVIVS VICARIO,  
  
DIRIGENTE INSTITVTVM  
ACADEMIAE h. t. PRORECTORÆ,  
**IOHANNE PETRO Lüdewig/**  
CONSIL. ATQVE HISTORIOPHAGO REGIO, IVRIVM  
AC HISTOR. PROF. P. ORDIN. ET DVVCATVS MAGDEBVR-  
GICI ARCHIVARIO,  
  
RESPONDEBIT DISSERETQVE  
IN PVBLICVM  
**PHILIPPVS COMES DE ARCO,**

HALAE VENEDORVM,  
D. XX. MENSIS MART. CIO IO CCVI

Prostat apud CHRISTIANVM HENCKELIVM,  
Academ. Typographum.

